A1

115

TRACTATVLI

DVO QVORVM VNVS VSVM STATVTORVM QVAE IVLII 2. dicuntur, illi[illegible]um esse ostendit fratribus Minorit[illegible], [illegible]gulam S. Francisci absolut[illegible] [illegible]rationibus quibus vtuntur [illegible] [illegible]rofessis. Alter, commu[illegible] [illegible]rum, quibus plurimi vt[illegible] [illegible]ecie cuiusda[illegible] piæ compassionis [illegible] Fratres reformari nolent[illegible] [illegible]reformationem [illegible]tuntur, [illegible] [illegible]ilucidas solution[illegible] [illegible]ntinet.

In q[illegible]bus multa, licet b[illegible] [illegible] [illegible]lidè tamen & [illegible]luuntur, om[illegible] [illegible] regulam minorum [illegible] seruare vo[illegible] [illegible]bus [illegible] digna.

Per Fratrem HVGONEM CAVELLVM Prouinci[illegible] [illegible]iæ, eiusdem ordinis humilem [illegible]nistrorem Generalem.

R[illegible]formamini in nouitate sensus vestri. Rom. 12.

PARISIIS,

[illegible]XII.

NOBILISSIMO

ATQVE AMPLISSIMO Domino D. Matheo Mole à Secretioribus & Sanctioribus Regis Christianißimi cõsilijs, nec non regio, in supremo Parisiorum Senatu, Procuratori integerrimo; Domino de Laey, Champlatieux, le Pleßier, Champrout, S. Remigij, &c.

ORta nuper quæſtione (Ampliſſime Domine) an Maioris Conuentus Minorum (vulgò Cordigerorum) Pariſienſis reformatio iuxta ſtatuta, quæ Iulii ſecundi nomine circumferuntur, vel ea, quæ Barchinonenſia dicuntur, ſtabilienda foret; Iuſtitiæ ac religionis zelo permota tua Domi-

natio, vtriusque partis rationes & fundamenta scripto tradi postulauit. Oblatæ non mediocriter gratulatus occasioni, Amplitudini tuæ de religiosis omnibus optimè meritæ humiliter obsequendi, festinanti calamo pro indaganda præfatæ quæstionis veritate, quæstiunculam formaui, quam horulis vacantibus limaui, ampliaui, atque pro temporis angustia confirmaui. Adiunxi vulgarium obiectionum contra reformationem fieri solitarum, & quibus ipse passim vti sæculares animaduerti, solutiones. Prodit urus in lucem tractatulus, eum, cuius iussu est conceptus, sibi delegit Patronum; de religione tractans, eximio religiosorum fautori voluit nuncupari: Iustitiam expostulans, magno Iustitiæ zelatori, magni Regis Ludouici Iusti, magno, iustoque mi-

nistro dedicari postulauit; Seraphici demũ Francisci propugnans institutum, Amplitudinis tuæ in Seraphicum ordinem affectu singulari propensæ, æquissimo iure pium implorauit, patrocinium. Accipe igitur (vir Amplissime) qua soles omnia, benignitate, humile licet opusculum, sublime tamen, tuo eloboratum imperio; nec oblati pretium, sed obsequentissimum tuæ Dominationi offerentis perpendas animum; atque acerrimi ingenij tui acumine, & singulari eruditione, contenta discute, proba, reproba: reformationem, cuius agitur causa, apud Regem Christianissimum, Supremum, toto orbe celeberrimum, Senatum, qua polles authoritate foue, promoue: meque demum benigno tuæ beneuolentiæ sinu humilem seruulum ample-

ctere: acerbitatis aculeis superse-
deo; merita causæ, non persona-
rum discutio. Nota omnibus Am-
plitudinis tuæ modestia; si perso-
nas impeterem, cuius imploro fa-
uorem, indignationem meritò ex-
timescerem. Vale & hic & æter-
num fæliciter viue.

Amplissimæ V. D. humilis seruus
Frater HVGO CAVELLVS.

APPROBATIO.

Nos infra scripti Doctores Theologi facultatis Parisiensis Fratrum Minorum alumni, omnibus fidem facimus, ex mandato Reuerẽdissimi Patris F. Benigni à Genua totius dicti ordinis Ministri Generalis, vidisse, & legisse duos tractatus à Reuerendo admodum Patre Fratre Hugone Cauello, eiusdem ordinis definitore Generali, & à secretis eiusdem Reuerendissimi Patris, editos: In quorum primo, statuta quæ Iulij secundi dicuntur, puritati nostræ regulæ aduersari ostenditur: In altero, communia argumenta aduersus Fratrum Minorum reformationem militantia soluuntur: & in iis nihil offendimus quod fidei Catholicæ, bonis moribus vel eidem regulæ sit dissonum & repugnans, quinimo illos multùm lucis adferre ad illius intelligentiam, necnon integram & debitam obseruantiam. Actum Parisiis Anno Domini 1622. Die verò mensis Martii. 29.

CLAVDIVS *le* PETIT.

Frater MATTHAEVS DOLES *D.*
& Lecteur.

VTRVM STATVTA QVÆ SVB NOMINE IVLII Secundi ponuntur in libro, Firmamenta trium Ordinum, ab obseruantibus Ordinis S. Francisci regulam eius absolutè, & sine vlla limitatione vouentibus, licitè obseruari & practicari possint? quod specialiter inquiritur propter quosdam Patres Prouinciæ Franciæ, & Conuentus Parisiensis, qui his statutis vti prætendunt, quia reliquæ omnes ordinis Prouinciæ (excepto Prouinciam S. Bonauenturæ, cuius consuetudinem nescio) in hac familia Cismontana, complectenti Gallias, Hispanias, Germaniam, Belgium, &c. non his, sed Barchinonensibus statutis vtuntur.

Præmittuntur notationes quædam ex ordinis historijs pro faciliori intelligentia eorum quæ in decursu huius quæstionis dicenda sunt.

1 PRo explicatione quæstionis notandum 1. Iulium 2. conuocasse Capitulum Generalissimum totius Ordinis Minorum, Conuentualium, Obseruantium, & aliarum eiusdem

Episc. Portuen. 3. p. Chron. l. 8. c. 24. vtrumque Memo. ordinis.

instituti congregationum, Romam anno 1506. vt finem imponeret litibus, & dissentionibus inter Conuentuales, & Obseruantes ortis, vnumque corpus ex vtrisque faceret, quod factu facile persuasit Fr. Ægidius Delphinus tunc Minister Generalis existens, certo affirmans vtramque partem ad vnionem esse paratissimam. Verum adhibitis quas potuit pius Pontifex diligentijs, neutra pars in vnionem cõsensit: propter quod dictus Fr. Ægidius Generalis, à Cardinalibus Capituli Præsidẽtibus asperam accepit reprehensionem, quod totũ Ordinẽ ita turbasset, & ex falsa informatione conuocari curasset (conuenerant enim quatuor millia Fratrum) qui propterea non adeò sponte, renunciauit officio: in cuius locum electus est, sed per vocales tantum Conuentuales, (neque enim aderant Obseruantes) Fr. Raynaldus de Cotignola. Condita sunt quædã statuta pro pace inter Conuentuales & Obseruantes, cõseruanda: Et inter alia, statuit, & præcepit sub censuris Pontifex vt congregationes Amadeorũ, Clarenorũ, Coletanorũ & de Caputio, seu de sancto Euangelio, ante annum se coniungerent, & submitterent, cui vellent parti, Conuentualium, vel obseruantium; & submiserunt se Obseruantibus, quod ægerrimè tulerunt Conuentuales; & nullum non mouerunt lapidem, vt huius præcepti executionem impedirent. Porrigitur ad hunc finem, nomine dicti Generalis de Cotignola, & Fratris Bonifacij à Seua ministri Franciæ, ac Ministri Coloniæ, libellus supplex Pontifici,

Episc. Portuen. sup. & habetur in firmamenta 3. ord. tract. 2. f. 42.

quo petitur ab eodem facultas colligendi, & condẽdi statuta, pro reformatione & cõgruentiori Regulæ Obseruantia, & conceditur quod petitur anno 1508. cuius concessionis virtute, per dictũ Fr. Bonifacium ministrum Franciæ, condita, & collecta sunt prædicta statuta quæ Iulij dicuntur, de quorum validitate dubitatur in hac questione

2. Notandum Obseruantes à tempore Eug. 4. non fuisse subiectos Ministro Generali, neque legibus Conuentualium, sed per suos Vicarios Prouinciales, & Generales gubernatos, hoc tantum dempto, quod confirmationem Vicariorum petere debebant à Ministris. Vnde ex concessione dicti Eug. fecerunt statuta sibi congruentia, Barchinonæ anno 1451 collecta, & extracta ex varijs statutis antiquis, maxime ex statutis S. Bonauenturæ Narbonæ conditis, anno 1360. quæ ideo statuta Barchinonensia dicuntur, & in singulis fere Capitulis generalibus Obseruantium, renouantur, corriguntur, approbãtur, & tempori accõmodantur, in præsentẽ vsq; diẽ, quibus etiã solis familia Cismõtana tota regitur. 2.

Episc. Portuen. in Chron. Speculum Minorum in memorial. firmamenta triũ Ord. in summa P iuileg. in Eug. 4.

3. Notandum quod Leo 10. anno 1517. conuocauit Romam Capitulum generalissimum, totius Ordinis, vt vnionem faceret Conuentualium, & Obseruantium, sub eadem Regulæ obseruantia, quam instanter fieri postulabant (teste eodem Leone in bulla, quæ dicitur vnionis) Maximilianus Cæsar, Franciscus Christianissimus, Carolus Catholicus, Henricus Angliæ, Emanuel Lusitaniæ, Ludouicus 3.

Ep. Portuensis, & Bulla vnionis.

Hungariæ, & Bohemiæ, Sigiſmundus Poloniæ, & Chriſtiernus Daciæ, Reges, alijque Duces, Comites, populi, & communitates. Cum vero Conuentuales ſecundum priuilegia viuentes, vnioni reſtitiſſent, omnium reformatorum ordinis vnionem fecit, declarans per reformatos intelligi, Obſeruantes tam de familia, quam reformatos ſub Miniſtris, ac Fratres Amadeos, Coletanos, Clarenos, de ſancto Euangelio, ſeu de Caputio, & alios ſimiles, vnum corpus ex omnibus conficiens, excluſa varietate nominum, vno communi nomine Fratrum Minorum regularis Obſeruantiæ, nuncupandum, & miniſtro Generali obſeruantium in omnibus, & per omnia ſecũdum Regulam ſubiectum, cui etiam Conuentuales, quoad confirmationem Magiſtrorum, Generalium, & Prouincialium, ſubiecit; tribuens eidem Ordinis ſigillum, ac titulum Miniſtri totius Ordinis, ac ſancti Franciſci ſucceſſoris.

Bulla vnionis die 4. Kal. Iul. an. 1517.

Bulla vnionis 5. Idus Iunij.

4. 4. Notandum pro quæſtionis intelligentia, Prouinciam Franciæ, & vicinas, ante dictam Bullam vnionis editam per Leonem, fuiſſe reformatos opera Fratris Egidij Delphini Generalis miniſtri, & fauore Cardinalis de Ambaſia, aſſiſtente Chriſtianiſſimo Rege Ludouico XII. vt habetur in libro, Firmamenta trium Ord. 1. parte, fol. 38. Et ex bulla Iulij 2. data anno 1507. ad fratrem Bonifacium de Seua Franciæ Miniſtrum, eodem lib. 2. fol. 42. qua declarat eius fratres non poſſe ire ad Obſeruantes, ſeu ad fratres de familia, quia erant

reformati, & quod tranſitus talis, licebat tan-
tum conuentualibus non reformatis. Et quã-
tum ad Conuentum Pariſienſem, conſtat re-
formatum fuiſſe per præfatos, & in perpetuum
regimini reformatorum traditum anno 1502.
Vt habetur lapidi albo inſculptum in Capitulo
eiuſdem Conuentus.

Fateor nonnullos manſiſſe adhuc Con- 5.
uentus dictæ Prouinciæ non reformatos, vt cõ-
ſtat ex articulis diſputationis habitæ coram ſu-
premo Senatu 24. Ian. 1510. Inter dictum Fra-
trem Bonifacium miniſtrum Franciæ, & Fra-
trem Ioannem Silueſtris Commiſſarium ge-
neralẽ obſeruantiũ citra mõtes, quo nomine
ibi ab aduerſario vocatur, an verè non iudico.

5. Pærmittendum, Prouinciam Franciæ, 6.
& vicinas, ſubmiſſas fuiſſe in omnibus, & per
omnia Obſeruantibus, eorumq; Miniſtro Ge-
nerali per dictam bullam vnionis, editã à Leo-
ne, quia (vt iam oſtendi) vnum corpus confecit
Leo ex omnibus reformatis, & dicto Miniſtro
vniuit, ac ſubiecit, & modo probaui Franciæ
Prouinciam fuiſſe tunc reformatam. Præterea
idem Leo ortis cõtrouerſiis, & diſſentionibus
de iuriſdictione in reformatos ſub Miniſtris,
qui ante bullam vnionis pro talibus habeban-
tur, quibuſdam aſſerentibus quod Magiſtro
Conuentualium ſubeſſe deberent, quia non
erant adhuc perfecte expropriati, ſed quoſdam
haberent in aliquibus locis redditus, cippiſque,
ac truncis pro eleemoſynis pecuniariis vte-
rentur; bulla data 18. Octob. Eodem anno
1517. quæ incipit, *Dilectis filijs vniuerſis Mini-*

ſtris, *&c.* Declarat omnes, qui ante vnionis bullam pro reformatis habebantur, ſiue ſub Miniſtris, ſiue ſub Vicarijs, nõ obſtante ratione præmiſſa, cenſeri Obſeruantes, & ſubeſſe debere Miniſtro Generali Obſeruantium: habetur hæc bulla in libello cui titulus eſt, Collectio bullarum, & regiarum literarum, arreſtorum, &c. In fauorem reformationis Franciſcanorum Prouinciæ Aquitaniæ.

7. Habetur bulla eiuſdẽ planè tenoris, ſupradicto anno data, de Conuẽtu Pariſiẽſi, ad Prouincialẽ Francię, Fratrem Bonifacium directa, in Conuẽtu S. Marcelli eiuſdẽ ciuitatis, quã ante triduũ mihi oſtendit Vener. P. Magiſter noſter Du Feu. Ibidem habetur alia bulla anno 1518. 19. Kal. Feb. data pro reformatione Conuentus Toloſani, & eius traditione facienda Obſeruantibus, quia ante dictam bullam vnionis habebatur pro reformato. Per aliam bullam ibidem, datam 11. April. eiuſdem anni præcepit Leo cogendos Conuentuales vt ſubſint Miniſtris Generalibus, & Prouincialibus Obſeruantium ſecundum bullam vnionis, eorumque bona in quatuor partes diuidenda, quarum vna cederet Eccleſiæ Cathedrali in cuius eſſent Diæceſi, duæ pro expeditione Cruciatę, & quarta pro reparatione ipſorum Conuentuum. In eodem lib. fol. 24. habetur mandatum Chriſtianiſſimi Regis Frãciſci primi, datum 13. Aug. 1519. pro auferendis Cõuentibus, iuxta dictam bullam vnionis Conuentualibus in Aquitania, eiſdemque tradendis Obſeruantibus.

8. Tandẽ ad petitionem Regis Frãciſci idẽ Leo

per bullam datam 10. Maij 1521. constituit Fratrem Ioannem Morlin, & Fratrem Alexandrum Rosseti, Obseruantes, Commissarios Apostolicos ad reducendos omnes Conuentuales ad modum viuendi Obseruantium, & sub eorumdem obedientiam in omnibus Prouincijs Galliarum: quod pro sua deuotione in ordinem S. Frãcisci, summè desiderauit pius Rex, satagens vt sicut vnicus est Ordinis institutor, ita vnus esset eius viuendi modus; cuius zelum (spero) imitabitur pijssimus & iustiss. Ludouicus modo fœlicissimè regnans, hac in parte, curabitq; vt in suis ditionibus fiat vnicũ corpus totius Ordinis S. Francisci, sub vno capite, vno viuendi modo, vna & eadem Regulæ vera obseruantia, quod cedet ad magnam Dei gloriam, & Galliarum maximum temporale, & spirituale emolumentum. Oro Deum per merita Seraphici Francisci, id vt agat, suæ Maiestati Christianissimæ & pijssimæ, inspiret. Si ipse dixerit, factum erit, neq; in re tam pia, votis primogeniti, pijssimi & Christianissimi, deerit pius P. Sanctiss. D. N. Greg. 15. qui totus in eo est vt omnes ordines reformentur, iuxta perfectionem suæ professionis & regulæ, vt sacrũ Concilium Tridentinũ decernit. sess. 25. c. 1. Sed de hoc aliquid postea dicam, si occasio occurrerit. Originalia dictarum bullarum, aliarumque huc spectantium, habentur in Conuentu maioris obseruantiæ Tolosæ.

Item suadetur dictam Prouinciam Franciæ, & Conuentũ Parisiensem fuisse subiecta Obseruantibus per bullam vnionis, quia cũ antea 9.

in Galliis tantũ essent quatuor vel quinq; prouinciæ, in dicto Capitulo Generali sub Leone ceperunt diuidi,&anno sequẽti 1518. in Capitulo generali obseruantium Lugduni, perfecta est diuisio in 9. Prouincias, quæ vsque in hodiernum diem durat (refert P. Albaspina in suo memoriali) quarum quinque dicuntur de familia, & quatuor reformatorum.

10. 6. Prænotandum, esse præceptum inhibitorium in Regula cap. 4. quod Fratres nec per se, nec per interpositam personam recipiant denarios, vel pecuniam, quod per vsum cipporum, seu truncorum ad pecuniarias eleemosynas recipiendas violatur, secundum declarationem Clementinæ, Exiui de Paradiso, æditæ in Concilio Viennẽsi; tamen in statutis illis Iulij (si ipsius dici possunt) c. 4. part. 5. permittitur vsus cipporum, & trũcorum. Neque responderi potest cum fratre Bonifacio, licere vti cippis, nõ nomine fratrũ, sed syndici, quia sic posset dicere licere habere possessiones, agros, vineas, nõ nomine Fratrũ, sed syndici, quia eodẽ modo declarat Concilium generale, cippos, & possessiones seu bona stabilia fratribus esse prohibita, & licet Fr. Bonifacius consequentiam concederet, quia etiam possessiones admittit, tamen euidens est inde totius regulæ, & status fundamentum destrui.

11 Item præceptum inhibitorium Regulæ est cap. 6. nihil habere in particulari vel communi, per quod bona stabilia, & reddit⁹ annui maxime prohibentur, iuxta declarationes Pontificum, tamen in dictis statutis Iulij, cap. 4. part.

part.3. declaratur posse fratres per syndicum accipere, & retinere bona stabilia, possessiones, & successiones ad bona paterna, licet prohibeant hæc haberi nisi vbi est vrgens necessitas, & de licentia Generalis, cum alijs circumstantijs. Item præceptum æquipollens est in Regula c.2. non habere plures tunicas quā vnam cum caputio, & aliam sine eo, tamen in dictis statutis c. 2. part. 7. conceditur tertia tunica staminea omnibus, sine temporis, vel personarum delectu. Item præceptum æquipollens Regulæ est c.3. non equitare sine manifesta necessitate, vel infirmitate; at dicta statuta licet ex toto non tollant, multum relaxant hoc præceptum: declarant enim c. 3. part. 16. Prælatos maiores, Visitatores, solemnes Prædicatores, & euntes ad Capitula generalia, equitare posse.

Item iuxta declarationes Pontificias, si quid legetur fratribus cum conditione ipsis illicita, vt domum ad locandam, vineam ad excolendam, quæ sunt exempla adducta à Nicolao 3. c. Exijt (de verbo. signif.), tenentur ab huiusmodi recipiendis abstinere, tamen in illis statutis c.4. part.2. oppositū habetur: alia huiusmodi, breuitatis gratia omitto. 12.

Septimo prænotandum dicta præcepta, & reliqua Regulæ S. Francisci obligare ad peccatum mortale transgressores; ita omnes Regulæ expositores, de quo vide Cordubam in Regulam c. 10. q. 3. 13.

His positis, pro instructione eorum qui statum quæstionis non intelligunt; pro eius reso-

lutione duo resoluenda sunt: primum vtrum antequam dicta Prouincia Franciæ (idem est de alijs, si quæ sunt ei in hoc adiunctæ) submitteretur, & incorporaretur obseruantiæ, dictis statutis poterat tutè vti, sine violatione regulę. Secundum; an saltem postquam per dictam bullam vnionis, incorporata est Obseruantibus, & separata à Conuentualibus, dictis statutis Iulij vti nequeat.

14. Dixi propter quosdam patres prouinciæ Franciæ hanc quęstionem esse motam; addo tamen pro eiusdem celeberrimę prouincię honore & reputatione plures ex ea insignes Patres, & Theologiæ Doctores desiderare perfectam reformationem, & cōsequenter statuta Barchinonensia, non illa Iuliana amplectenda, qui ad hanc finem assistunt, & cooperātur Reuerendissimo P. Generali. Sed neque vllum patrem ex præcipuis dictæ prouincię, vel conuentus offendi, qui se fateretur aduersarium reformationis absolutè: Sed reformationis modo tantum dicunt se quidam aduersari.

Resolutio quæstionis quoad primam eius partem.

QVANTVM ad primum, videtur quod vsus dictorum statutorum, etiam ante statum Obseruantię assumptum, illicitus fuerit, & contra Regulę veram, & puram obseruantiam.

Probatur primò, quia bulla, virtute cuius F. Bonifacius de Seua condidit illa statuta quæ dicuntur Iulij, videtur subreptitia, nam intenditur passim in statutis, vnionem facere totius Ordinis (& habetur etiam specialiter c. 10. part. 4. & 10.) de qua tamen nulla facta est mentio in libello supplici porrecto Pontifici pro facultate obtinenda ad dicta statuta condenda, vt patet intuenti libellum, qui habetur ante dicta statuta in libro Firmamenta trium Ordinum, edito per eundem Fratrem Bonifacium (etsi eius nomen non præfigatur, cum tamen sæpius de ipso mentio honorifica ibi habeatur, quod suspicione non caret); Vti autem concessione ad finem à concedente minimè intentum, manifesta videtur surreptio. 1.

Quod verò Iulius non intenderit vnionem per statuta à fratre Bonifacio condenda, patet per literas quibus ipse id declarat, quæ habentur in speculo Minorum tract. 1. f. 81. Et si non explicasset, clarum videtur, non intendisse per fratrem Bonifacium, vnionem Ordinis fieri,

quam ipſe cum Collegio Cardinalium in Capitulo Generaliſſimo paulò ante Romæ habito (de quo ſupra) facere non potuit; dicta ergo ſtatuta, tali ſurreptione edita nulla videntur.

2. Confirmatur iſta ratio, & conſequentia quia taciturnitas veri, quo expreſſo non fieret gratia, ſaltem abſolutè ſine limitationibus, irritat eam. *c. fi. de fil. presb. 6. c. poſtulaſti de reſcript. c. dudum verſ. nos igitur de prebend. 6. com. Doct. c. ſup. lit. de reſcript. Couar. l. 1. var. c. 20. n. 5.* Ergo cum tacita fuerit vnio ordinis prætenſa per illa ſtatuta, in ſupplicatione, qua expreſſa princeps non annueret (cum nec ipſe vnionem facere potuerit) vel ſaltem ſine modificationibus petitam non concederet, gratia conceſſa ſubreptitia eſt, & conſequenter virtute ipſius facta ſunt irrita. Hæc vltima cõſequentia patet, quia licet reſcripta iuſtitiæ ſurreptitia, & per ea facta teneant, niſi exceptione elidantur, *c. ſi autem c. plerique de reſcript.* reſcripta ſurreptitia gratiæ, & quicquid ex eis fit, ſunt ipſo iure nulla, *d. c. fin. de fil. presb. 6. vbi gloſ. & Doctor. Sanchius de matrim. l. 8. d. 21.* Neque negari poteſt tale verum ſi fuiſſet expreſſum, impediturum fuiſſe gratiã, & in dubio circa hoc præſumitur quod impediret, *ſecundum Abbat. c. quia circa. n. 6. de conſanguin. Molina 1. to. 2. de iuſt. d. 173.*

3. Secundò, Cardinalis S. Marci protector Ordinis tradens dicta ſtatuta Prouincijs obſeruanda, dirigit ea ad eos qui ſine diſpenſatione Regulam ſeruant, vt habetur in eius epiſtola, eiſdem ſtatutis præfixa, & idem repetit in fine eiuſdem epiſtolæ: at in dictis ſtatutis paſſim

diſpẽſatur in præceptis Regulæ, & c.12. part.2. diſpẽſat author in omnibus aliȷs ſtatutis, & declarationibus Pontificiȷs, quibus vltra præfata ſtatuta, arctatur modus viuendi: ergo contra intentionem Cardinalis condita ſunt dicta ſtatuta: & per conſequens nulla, quia ſine comiſſione & approbatione condita ſunt, & promulgata.

Tertiò F. Bonifacius, vt ipſe fatetur in epiſtola, quæ habetur ante præfata ſtatuta in ſua commiſsione, tenebatur nihil facere in ſtatutis, quo Regulæ puritas minueretur: at conſtat vſum cipporum pro pecuniarijs eleemoſinis, tertiam tunicam, equitationem liberiorem, vſum poſſeſsionum, & alia nonnulla quæ dicta ſtatuta admittunt, eſſe contra puritatem Regulæ, vt habent declarationes Pontificum, quatuor magiſtrorum, S. Bonauenturæ, & aliorum: ergo contra commiſsionem acceptam facta ſunt dicta ſtatuta, & per conſequens nullius valoris. 4.

Quartò, in commiſsione facta eidem F. Bonifacio, à F. Reynaldo de Cotignola Miniſtro Generali, ad dicta ſtatuta colligenda, & edenda, quæ habetur libro Firmamenta trium Ordinũ 3. p. f. 60. cõtinebatur, vt nihil omitteret eorum quæ puritatem Regulæ tangũt, vel quæ habentur in antiquis ſtatutis Farinerij: at poſuit contraria puritati Regulæ, vt iam oſtendi; & contradictoria ijs quæ habentur in ſtatutis Farinerij, quæ alio nomine vocantur conſtitutiones antiquæ generales, vel ſtatuta D. Bonauenturæ, aut ex eis maxime deſumpta (vt 5.

habetur in ſpeculo Minorum in tabula, & expreſſè colligitur ex Mart. 5. conſtit. c. 1.) quia in his antiquis c. 3. decernitur explicationes Nicolai 3. & Clementis 5. eſſe tenendas pro Regulæ obſeruantia, quas tamen reijciunt ſtatuta præfata, quoad cippos, tunicarum numerum, equitationem, & poſſeſſiones, & c. 4. part. 1. expreſſè ponitur reijciẽdas eſſe, in omnibus quibus ſtatutis præfatis contradicunt. & c. 12. part. 2. diſpenſatur in eis quoad ea quæ continent, dictis ſtatutis contraria, ex quibus euidenter conſtat, collectorem, vel cõditorem ſtatutorum limites ſuæ commiſſionis exceſſiſſe: atque adeò, facta per ipſum nullius ſunt valoris, ſaltem in his, quæ contra dictas declarationes Pontificias fieri ſtatuit.

6. Quintò arguitur, & fere redit in idem; in libello ſupplici porrecto Pontifici à dictis fratre Rainaldo Generali, fratre Bonifacio, & Miniſtro Coloniæ, petitur humiliter facultas ad dicta ſtatuta colligenda, & edenda, pro reformatione ordinis, congruentiori Regulæ obſeruantia, & tollendis dubijs ſuper regula, & declarationibus Pontificum in eandem, aliaque facienda circa præmiſſa, quæ Regulę puritatem non tangunt, nec diminuunt: & Reſpondit Papa *Fiat quod petitur*, habetur dictus libellus ſupplex in libro Firmamenta 2. part. tract. 2. f. 66. at dicta ſtatuta non reformant, ſed deformant, non ſunt pro congruentiori regulæ obſeruantia, cum tollant multa eius præcepta, vt in prædictis caſibus, & alijs; diminuunt eius puritatem eadem ratione: ergo nul-

lius sunt valoris, cum contra finem à Pontifice intentum, & in libello supplici expressum [vt intuenti patet,] edita sint. Confirmatur 7.
hæc ratio, & omnes præcedentes; quia expressio falsi, quo tacito princeps non annueret, irritat gratiam, & per eam facta, *cap. fin. de fil Presbit. 6. cap. Dudum, vers. Nos igitur de preb. 6. Communis, c. 2. & c. Super litteris de rescript. Syl. V. rescriptum q. 6. 7. Couar. 1. Var. c. 2. n. 5. Enriq. l. 11. de matrim. c. 3.* sed in supplicatione facta Pōtifici expressum est tale falsum, nēpe quod pro regulæ puriori obseruantia & ordinis reformatione, petebatur facultas condendi statuta, quo non expresso, non fieret gratia, vt manifestum est; ergo concessio irrita, & ex ea sequuta. Quod verò tale expressum sit falsum patet quia condens statuta, vsus est concessione, non ad obseruanda, sed ad tollenda præcepta regulæ, vt ostendi.

Sextò in Chronic. Ord. 3. part. l. 8. c. 34. 8.
edito per Episcopum Portuensem refertur quomodo fraude quadam, præfata statuta cōdita sunt à Patribus Conuentualibus, ægrè ferentibus, quod congregationes Amadeorum, Clarenorum, Coletanorum, & de Caputio, se iungerent Obseruantibus & non ipsis (de quo dixi in principio) quorum vnionem per dicta statuta conati sunt impedire, satagentes eos reducere sub suam iurisdictionem; compellentes etiam ipsos Obseruātes, qui iam sub suis Vicarijs seorsim viuebant, ad horum statutorum obseruantiam & vnionem; ex quibus orta sunt. scandala magna quibus delatis ad eundem Iu-

lium 2. & volumine statutorum eidem ostenso, acriter reprehendit dictum Cardinalem protectorem, dictumque Generalem, qui dicta statuta fieri mandauit, declarans contra suam intentionem facta fuisse, ac per consequens fuisse nulla, & expresse ea annullauit. Quæ omnia magis ad longum videri possunt loco citato, vbi etiam dicitur dictum Generalem ob vexationes, quas fecit contra Obseruantes fuisse depositum ab officio, & vt cum honore deponeretur, episcopatu donatum, in remotis partibus, in Ragusia scilicet, quod ipsi forte videbatur honorificum exilium.

9. Quam magnæ fuerunt dissensiones ortæ ex vnione per statuta præfata prætensa, satis colligi potest ex solemni disputatione habita coram supremo Senatu inter dictum fratrem Bonifacium, & fratrem Ioannem Syluestris partem obseruantium agentem 24. Ianuar. 1510. qua finita ex mandato supremi Senatus, articulis partium sibi mutuò communicatis, 28. Martij eiusdem anni iterata est disputatio non sine magna multorum offensione, ita quod Obseruantes exilium timuerint, quia vnionem recusabant. De quo penes me habeo veterem quaternionem ante annos 100. editum in quo vtriusque partis articuli habentur.

10. Septimò, præfata statuta nunquam sunt ab ordine suscepta nec practicata, quãuis cõdita fuerint ex intentione fratris Bonifacij pro vniuerso Ordine, & omnibus congregationibus eius, vltra & citra montes; quia vltra montes sunt omnino ignota, neq; eò vnquam perrexerunt:

runt: Citra montes autem in quibusdam locis practicari cæperunt, sed excitatis propterea turbis, recurrerunt Obseruantes ad Pontificem, & obtinuerunt remedium, vt iam dixi. Paulò post, conuocatum est Capitulum generalissimum per Leonem 10. an. 1517. vt dixi 3. notatione, in quo mandatum est, vt omnes reformati, & pro talibus habiti, cuiuscunque essent congregationis, vnum corpus facerent, idemque nomen cum Obseruantibus, vt ibidem ostendi. Patres autem Prouinciæ Franciæ (quorum modo nonnulli, præfata statuta sibi assumere peroptant) fuisse tunc reformatos, & virtute dictæ bullæ in corpus obseruantiæ redactos, ostendi supra notatione 5. & consequenter eorum legibus subiectos, sicut subjecti fuere Amadei, Clareni, & alij, reiectis legibus contrarijs, qualia sunt dicta statuta, si fortè eis antea vti cæperant. Neque diu eis vti potuerunt, quia anno 1509. dictus Cardinalis protector ea misit ad Prouincias obseruanda, & paulò post ortæ sunt, ratione resistentiæ ipsis factæ, dissensiones, & habitus est recursus ad Pontificem; & an. 1510. depositus est dictus Generalis, quia per hæc statuta & alia, multum vexabat obseruantes vt refert Episc. Portuen. suprà citatus. & tandem an. 1517. per Leonem 10. facta est prędicta mutatio magna in ordine: & Prouincia Franciæ, cum alijs, subiecta est corpori, Generali, & legibus Obseruantium; & per consequens statuta contraria Obseruantię, qualia sunt illa, quæ nomine Iulij feruntur (vt ostensum est) cassata sunt, sicut & 12.

ſtatus Conuentualium, pro quibus facta ſunt: tranſlato enim ſacerdotio Conuentualium in Obſeruãtes, legis quoq; tranſlatio fieri debuit.

13. Ex quibus omnibus, videtur ſatis efficaciter collectum, vſum præfatorum ſtatutorum, quæ Iulij dicuntur, nullo modo fuiſſe licitum, nec tuta conſcientia practicatum ab his qui abſolutè Regulam S. Franciſci vouerunt, etiam antequam in corpus Obſeruantium eſſent aſſumpti, & eorum legibus ſubiecti, quia Regulam laxant, diſpenſant, & lacerant, contra expreſſam intentionem Iulij, vt euidenter monſtratum eſſe videtur. Et certè ſi valida ſunt, vel eorum vſus licitus, falſa videntur communia principia, de taciturnitate veri, vel expreſſione falſi, quibus ſecundũ iura, & communem Doctorum, vtimur ad iudicandum de valore reſcriptorum; quod minimè concedi debet.

14. Addo prædictis, authoritatem doctiſſimi Cordubenſis, qui omnium exactiſſimè, & doctiſſimè Regulam explicuit. q. 6. introductoria in eandem, inquirens de conſtitutionibus tenendis pro Regulæ obſeruantia, nullam facit mentionem conſtitutionum, ſeu ſtatutorum Iulij; quam tamen ex ignorantia non omiſit, ſed quia bene ſciuit, per huiuſmodi ſtatuta Regulam non ſeruari, ſed relaxari. Ibidem etiam quærens quæ declarationes Pontificum ſint tenendæ pro Regulæ obſeruantia, Reſpõdit: quod Nicolai. 3. Clem. 5. Ioannis 22. &c. nullam faciens mentionem ſtatutorum Iulij, quæ tamen in titulo eis præfixo, dicuntur ab authore, vel collectore, *Declarationes Pontificiæ*.

Resolutio secundæ partis huius quæstionis.

NVnc restat 2. partem quæstionis resoluere, scilicet, an saltem dicta Prouincia Frãciæ (idem quæritur de Conuentu Parisiensi) postquam obseruantibus incorporata est, nequeat dictis statutis, quæ Iulij dicuntur, vti; quidquid sit de eorundem vsu antecedenti, fuerit-ne licitus, vel illicitus? 1.

Respondetur, nequit, sed tenetur ad statuta Barchinonensia. Probatur 1. ex omnibus hactenus allatis, quia ostensum est, antequam dicta Prouincia Obseruantibus incorporata esset (idem est de dicto Conuentu) vsum horum statutorum non fuisse ei licitum: ergo multo minus post.

Secundò ex dicta Prouincia, dictoq; Cõuentu, alijsque varijs congregationibus reformatis, factum est vnum corpus reformatum Obseruantium, & sub capite reformato, scilicet, ministro Generali eorundem per Leonem 10. in præfata bulla vnionis, vt dixi notatione 5. hæc autem vnitas, non est physica, sed moralis, ad vnum scilicet viuendi, & regendi modum, ac Regulæ puram obseruantiam; ergo ad easdem leges, & statuta generalia tenentur dicta Prouincia, & Conuentus, ad quæ tenentur reliquæ Prouinciæ Obseruantium: ergo cum aliæ 2.

ad Barchinonensia statuta teneantur, & non ad illa quæ dicuntur Iulij, quibus nunquam vsæ sunt, idem debet esse de dicta Prouincia Franciæ, & Conuentu Parisiensi, esto antea illis Iulianis statutis vterentur. Patet consequentia, quia ciuis ab vna in aliam ciuitatem translatus, non eius quam olim, sed quam modo incolit, legibus subijcitur: Hispanus in Gallijs incorporatus, non Hispanicis, sed Gallicis legibus subest: ergo fratres Conuentuales in ordinem Obseruantium translati, non Conuentualium, sed Obseruantium legibus subduntur.

3. Tertiò, idē Iulius per bullam quæ habetur in speculo Minorum tract. 1. fol. 81. datam an. 1509. declarauit Obseruantes non teneri ad statuta præfata, præcipiens, vt qui ex eis virtute literarum apostolicarum, quas iactabat dictus frater Bonifacius se habere (verba sunt Pontificis) ad Conuentuales transierunt, iterum ad suos redirent; & confirmans bullam Eugenianā, & alias quarum tenore, Obseruantes fecerunt sibi Barchinonæ, vt supra dixi, propria statuta, seorsim à Conuentualibus: ergo cum Patres, & Fratres dictæ Prouinciæ, & Conuentus sint modo absolutè Obseruātes, statuta præfata Iulij ad eos non pertinent.

4. Quartò Minister, & Custos dictæ Prouinciæ, item Guardianus Parisiensis, sicut & reliqui omnes Ministri, & Custodes Galliarum habent vocem in Capitulis generalibus, pro legibus condendis, pro vniuerso Ordine, & in

omnibus ferè Capitulis, aliquibus adiectis, vel mutatis, renouantur statuta Barchinonensia: ergo dicta Prouincia, & Conuentus, sicut reliquus ordo in Cismõtanis, tenentur ad hæc statuta, & per consequens non possunt vti illis Iulianis, quibus sunt contraria: absurdum enim esset, eos concurrere ad leges condendas pro corpore, cuius sunt membra, quibus tamen ipsi non obligarentur.

Quintò, dicta Prouincia, & Conuentus suberant Capitulo generali Conuentualium, eiusque statutis, ante reformationem factam per Leonē 10. ergo modo subsunt Capitulo generali Obseruantium, eiusque legibus, alioquin reformatio esset potius deformatio, excludens subiectionem ad leges reformationis, & obseruantiæ Regulæ: Ergo sicut olim tenebantur ad statuta Capituli Conuentualium, ita modò ad statuta Capituli Obseruantium, quæ sunt Barchinonensia. Certè in statutis antiquis Conuentus Parisiensis ponuntur grauissimæ pœnæ, contra Guardianum non obediētem mandatis, aut statutis ministri Generalis, & Capituli generalis. 5.

Sextò per statuta Barchinonensia habet dicta Prouincia Franciæ, & aliæ tres reformatorum in Gallia vnum Diffinitorem generalem, quod concessum est eis in Capitulo Salmanticensi anno 1553. quandoquidem se submiserunt Commissario familiæ electo secundum bullam vnionis, vt habetur in statutis tunc cōditis c. 8. Cui etiam Commissario generali familiæ subest Conuentus Parisiensis, vt habetur 6.

Prouinciæ reformatorum in Gallia habent diffinitorem generalē quia submiserunt se cōmissario familiæ.

in statutis fratris Vincentij Lunelli Generalis conditis pro eodem Conuentu an. 1539. & reseruatis in archiuis sancti & celebris Conuentus Aue-Mariani Clarissarum pauperum eiusdē ciuitatis, per sequētia verba *Decernimus & declaramus, vnà cum toto huius almæ domus discretorio, omnium denique consensione, locum, ac Conuentum istum, & esse & fore ad perpetuam rei memoriam, generali Cisalpino Commissario subditum.*

7. *Guardianus Paris. eligitur secūdum Barchinonensia.* Item Guardianus Parisiensis per eadem statuta Barchinonensia habet suffragium in Capitulo Generali, quo priuilegio nullus Guardianus in tota hac familia fruitur: neque in altera, vnico excepto Guardiano Hierosolimitano: in eisdem decernitur dictum Guardianum eligendum esse per discretorium, & Bacchalaureos, iuxta quam formā præsens Guardianus aliique nonnulli eius prædecessores electi sunt: conceditur etiam per eadem statuta pro omnibus Prouincijs Galliæ, quod Guardiani continuari possint, quo priuilegio, reliquæ ordinis Prouinciæ non gaudent; ergo debent dicta Prouincia, & Conuentus seruare quæ continentur in dictis statutis, iuxta regulam *qui sentit commodum, sentire debet & onus.* de reg. iur. 6.

8. Septimò in Capitulo Romano an. 1571. & Toletano an. 1583. in ipsis Barchinonensibus tunc reuisis, & examinatis, disponuntur quædam specialia pro Prouinciis Gallicis; & similiter in Capitulo Romano an. 1587. & in Capitulo Romano an. 1600. & Toletano an. 1606 ergo omnes Prouinciæ Galliæ subsunt huius-

modi ſtatutis, niſi velint dicere, ſe ſubeſſe quoad fauores tantum, quod ridiculum eſt.

9. Octauò in ſtatuto Capituli, Romani anno 1600. habentur ſequentia verba, quæ omne dubium auferunt. *Omnes Prouinciæ Galliæ regantur ſecundum Barchinonenſia ſtatuta, ab antiquis recepta, & à Pio 5. Pontifice maximo approbata.* Hic aderant omnes Patres vocales Galliarum, & ad hoc ſtatutum condendum ſuffragium habuerunt, & nemo reclamauit, ergo conſenſerunt, quia ipſorum res agebatur. Ex quo ſequitur concluſio intenta, nempè ſtatuta Iulij, quibus contrariantur dicta ſtatuta Barchinonenſia, non eſſe obſeruanda.

10. Confirmatur, in Capitulo Romano. an 1571. ſub Fratre Chriſtophoro à capite fontium Generali Gallo, ex Prouincia Britanniæ, inter alia multa ſtatuta, pro Prouincijs Gallicis, habetur ſequens ad petitionem Patrum Gallorum editum; *Conceditur ipſis Gallis viuere, & regi iuxta ſtatuta Barchinonenſia, prout eis conceſſum eſt per alia Capitula Generalia.*

11. Nono, Valdè multa habentur in dictis ſtatutis Iulij, contraria Concilio Tridentino, maxime in cap. 8. de electionibus, quas fieri volunt non per ſcrutinium; item voces abſentium ſuppleri, quæ ſunt contra Concilium ſeſſ. 25. capite. 6. in eiſdem habetur etiam cap. 2. part. 5. ſic, *Dicitur Bonifacium 8. conceſſiſſe, quod fratres attingentes 23. annum ætatis poſſunt promoueri ad ſacerdotium:* Et addunt dici *alios Pontifices idem conceſſiſſe pro anno 22. ætatis.* Et ſubiungunt *quibus priuilegijs nullus vtatur ſine licentia Mini-*

Statuta Iulij multa habẽt contra Trid.

stri: ergo concedunt quod cum licentia ministri vti possint, quia exceptio firmat regulam in contrarium, & iuxta regulam, *quod de vno negatur, de altero conceditur*: & hinc maxima pars fratrum ante ætatem promouentur, & ordinibus vtendo irregulares fiunt. Statuunt posse prædicare fratres vbique modò non contradicat Ordinari⁹. Item si prædicauerint scãdalosa, ad huc non posse ab Ordinario vllatenus corrigi. Præscribendo omnia obseruanda à confessarijs, antequam munus suum exerceãt, ne verbum faciũt de approbatione Ordinarij. Totum ordinem visitari volunt singulis triennijs, per duos Vicarios Visitatores, quod nunquam factum, nunquam fiet. Prouincialis in Capitulo Prouinciali eligit sibi præsidem, à quo in actu syndicationis iudicari debet. Guardianus à suo Vicario communitati præsidente, iudicatur. Alia multa continent valdè absurda, & nunc dierum impracticabilia: ergo obseruari non debent, sed omnino reijci.

12. Decimò, Licet in dicta Prouincia Franciæ, aliqui dicant se obseruare, illa statuta Iulij, constat tamen in multis, iisque præcipuis, eos in praxi sequi, non illa, sed Barchinonensia, contrarium disponentia, & idem est de omnibus alijs Prouincijs Galliarum (si qua ex eis prætendat sibi vsum statutorum Iulij). Secundum illa statuta deberent mitti tres vocales ad Capitulum generale ex singulis Prouincijs, Prouincialis, Custos, & discretus discretorum: at non mittuntur nisi duo, vt volunt Barchinonensia. Secundum illa, solus minister Prouin-

Praxis Prouinciarum Galliæ est secundum Barchinonensia.

cialis, poteſt eſſe Diffinitor Ordinis: at in vltimo Capitulo Generali anno 1618. Pater le Roy Prouinciç Franciæ, factus eſt Diffinitor Ordinis, qui tamen Prouincialis non fuit, ſed Cuſtos ſecundum Barchinonenſia. Item per illa ſtatuta non habent Guardiani vocem in electione Miniſtri Prouincialis, at de facto habent, vt Barchinonenſia diſponunt. Per illa nullos habent Prouinciæ Patres, ſeu diſcretos perpetuos, habent autem per Barchinonenſia. Per illa, Generalis non habet tempus limitatum, modo tamen eſt ſexennius, vt volunt Barchinonenſia, ex bulla vnionis. Prouincialis ſecundũ illa, ad libitum continuari poteſt, ſed triennalis eſt, vt volunt iſta. Guardiani electio quotannis facienda, iuxta illa, non ita fit: Cuſtode pro Capitulo generali, mortuo, alius per reliquos cuſtodes eligendus per illa, non ita fit, ſed aliter per iſta. Per illa in Capitulo generali recluduntur vocales omnes per Guardianum & diſcretos loci, nullumque alimentum eis miniſtratur, donec iudicent de generali corrigendo, amouendo, vel continuando; & fere omnia in Capitulo generali, fieri ſtatuitur contra præſentem praxim. Tandem per illa, Generalis moribundus nominat Vicarium ordinis, tamen ſi moreretur in prouincia Franciæ, proculdubio R.P. Prouincialis, ſi non eſſet diſcretus ordinis in natione Gallica, iure Barchinonenſium præſidentiam ſibi aſſumeret in electione Vicarij ordinis: alia multa huiuſmodi breuitatis cauſa omitto.

Si dicatur hęc fieri, non per Barchinonenſia, 13.

ſed per ſtatuta prouincialia Prouinciæ Franciæ, quæ ſic diſponunt contra dicta ſtatuta Iulij.

Contra 1. quia ſtatuta Prouincialia non poſſunt derogare, vel tollere generalia.

Praxis cōtra ſtatuta Iulij, an per ſtatuta prouincialia, validetur?

2. Non poſſunt prouincialia diſponere de iis quæ ſpectant ad vocales Capituli generalis, vel ad Diffinitores ordinis, nec de aliis ſpectantibus ad Capitula generalia, in quibus tamen praxis eſt contra dicta ſtatuta Iulij, quæ cum non poſſit ſtare licita, nec valida, per ſtatuta prouincialia: dicendum eſt, licitam fieri per generalia Barchinonenſia.

Si dicatur (quod mihi à quibuſdam reſponſum eſt) ſtatuta prouincialia, quibus dicta praxis videtur approbata contra illa generalia Iulij, confirmata eſſe per quoſdam Generales, & hac ratione, derogaſſe illis ſtatutis Iulij.

14. Contra hoc 1. obijcio, quia confirmatio, ſicut & præceptum Generalis, cum ipſo moritur, cùm nihil per modum conſtitutionis, vel ſtatuti condere poſſit: de quo Rodericus tom. 1. q. 10. art. 1. ergo ſaltem modo, mortuis illis Generalibus, qui præfata ſtatuta Prouincialia confirmarunt, nullam habent vim contra generalia ſtatuta, qualia ſunt illa Iulij, ſi quid valēt. 2. Miniſter Generalis non poteſt immutare ſtatuta generalia Papalia, vel à Papa confirmata, vt bene docet Corduba in Reg. c. 8. q. 3. de quo in ſtatutis Barchinonenſibus c. 8. fine, ergo cum prætendatur illa ſtatuta Iulij eſſe Papalia, Prouincialia ſtatuta, etiam à Miniſtro Generali approbata, non poſſunt eis derogare, atque adeo prædicta praxis contra ſta-

Generalis non poteſt tollere ſtatuta papalia, vel à Papa cōfirmata.

tuta Iulij, tantummodò validari potest per Barchinonensia statuta à Pio 5. approbata, & confirmata, & consequenter hæc obseruanda sunt in Prouincia Franciæ, & alijs, reiectis illis Iulianis, quibus sunt aduersa.

Vndecimo, in Capitulo Generali Romano anno 1612. declaratum est in nullo præcepto Regulæ dispensatum esse cum ordine Obseruantium, sed Regulam secundum declarationes Nico. 3. & Clement. 5. obseruandam esse, & si quæ concessiones factæ sunt in contrarium, reuocatæ sunt per Paulum 5. qui dicti Capituli statuta confirmauit. Item in Capitulo generali Toletano anno 1606. renunciauit Ordo omnibus & quibuscumque concessionibus, & viuæ vocis oraculis; Regulæ dispensatiuis (cui occasionem dedit quoddam viuæ vocis oraculum à P. Generali Francisco à Sosa impetratum, quo dispensabatur in quatuor præceptis regulæ) de quibus vide additionem ad Cordubam in reg. c. 8. q. 4. & ordinationes Reuerendiss. P. Vicarij generalis, Fratris Antonij à Trejo, nunc Carthagenēsis Episcopi, pro Prouincijs Hispaniæ, editas: ergo cum dicta statuta Iulij contineant dispensationes, vt supra latè ostendi, reuocata sunt, & annullata: & aduertendum est vocales Prouinciarum galliarum vtrique Capitulo præfato, Romano scilicet, & Toletano interfuisse, atque adeò præmissa approbasse, quibus omnino derogatur statutis Iulij. 15.

In nullo præcepto regulæ dispensatū, est cū Obseruantibus.

Dispēsatio per P. Sosa obtēta, ob ordine reiecta.

Duodecimò, Tandem quoad Conuentū Parisiensem, cuius Patres hanc difficultatem 16.

præcipuè mouerunt, ſtatutis Iulij adhærere volentes, poſt præcedentia à nobis collecta, reperi ſtatutum ſequens. c. vlt. ſtatutorum Generalis Lunelli editorum anno 1539. pro dicto conuentu, quo tota quæſtio noſtra deciſa eſt, per hæc verba: *Mandamus interim, vt eadem quoque ſtatuta Barchinonenſia, in cæteris quæ ſtudium non concernunt, à fratribus hîc degentibus obſeruentur, & ne ignorantia in cauſa delinquendi ſit, ſtatuimus, & ordinamus, vt memorata ſtatuta generalia, & Regulæ noſtræ à Nicolao 3. & Clemente 5. editæ declarationes, & vnionis bulla à Leone 10. emanata, quater in anno, videlicet, primis diebus Aug. Nouem. Febru. & Dominica infra Octauã Aſcenſionis ad vnguem legantur.* Habentur hæc ſtatuta in archiuis (vt ſupra dixi) Conuentus de Aue-Maria, & ſi in initio ad manus noſtras veniſſent ab hoc labore forte, quãtum ad hunc Conuentum, nos excuſarent. Ibidem decernitur ſtatuta Conuentus 1. ſabbato, cuiuſque menſis legenda eſſe ſub grauiſſima pœna Guardiano infligenda à Generali, vel Commiſſario: vbi iterum ponitur ſubiectio huius conuentus ad Commiſſariũ familiæ Ciſmontanæ, ſicut poſita eſt primo c. dictorum ſtatutorum.

Per propria ſtatuta Conuentus Pariſienſis, Barchinonenſia, & declarationes Nic. & Clem. acceptãtur.

37. Prædictis addo (hoc ipſo momento occurrit) quod non tantum ex ſtatutis Lunelli, (quę non ſinę ſuſpicione inter alia ſtatuta Conuentus, non ſunt oſtenſa Generali) ſed etiam ex ſtatutis Delphini anno 1502. Et Calui anno 1543. editis, & à Rege Chriſtianiſſimo, ac ſupremo Senatu confirmatis, quæ P. Guardia-

nus Reuerendissimo P. Generali porrexit; euidenter colligitur statuta Barchinonensia, & declarationes Nicol. 3. & Clement. 5. in dicto Conuentu esse obseruanda, & per consequens statuta Iulij (si Iulij sunt) quibus contradicunt, omnino reijcienda.

In statutis Delphini c. 43. habetur hunc Conuentum constitui in numero strictè reformatorum, nullumque in eo, vllo officio posse fungi, vel ad gradus promoueri Baccalaureatus, vel Doctoratus, qui non fuerit perfectè reformatus, & de Conuentu reformato: ergo cum stricta reformatio sit Regulæ iam malè seruatæ, secundum litteralem sensum per Pontifices declaratum, iterata obseruatio, sine omni dispensatione; in dicto Conuentu secundum Declarationes Nicolai, & Clement. qui omnium exactissimè, sine vlla dispensatione eandem explicarunt, obseruanda venit: & consequenter statuta Iulij, Regulæ dispensatiua, reijcienda.

In statutis Calui c. 1. sub grauissimis pœnis astringitur Conuentus Parisiensis, vt obediat omnibus mandatis, & statutis Ministri generalis, & Capitulorum generalium: sed Barchinonensia sunt Capitulorum generalium Obseruantium statuta, & nulla alia à centum septuaginta vno annis: ergo iuxta statuta antiqua huius domus, à Rege Christianissimo, & supremo Senatu approbata & confirmata, obseruanda sunt, exclusis illis Iulianis, quibus sunt, & meritò, contraria. 18.

Addo etiam, in noua cōpilatione statutorum

dicti conuentus per.R. P.generalẽ fratrem Benignum à genua, facta,& ab octo patribus examinata, reuisa & approbata. c. de obedientia, haberi statuta Barchinonensia in dicto conuentu esse seruanda. Cui compilationi omnes discreti subscripserunt, quatuor enim ex illis octo, denominati erant à discretorio, quibus subscribentibus reliqui discreti sequuti sunt,& tamen ab ijsdem subscribentibu hæc controuersia mota est.

19. Vt alia breuitatis causa omittam, concludo quod probare intendunt hactenus allata, pro vniuerso ordine Obseruantium Cismontanæ familiæ, per verba sequentia, desumpta ex tabula Capituli generalis Tolosani celebrati anno 1532. *Statuta Barchinonensia iuxta ordinationem Capituli generalis Parmensis, mutatis mutandis, obseruentur, omnibus alijs statutis reuocatis, & annullatis.* Idem antea ordinatum fuit in Capitulo Generali Rup ellensi anno 1490. Præsidente Fratre Ioanne Chroin Prouinciæ Aquitaniæ Vicario Generali (vt habetur in tab. 16. Vicar. Generalis) alijsque varijs Capitulis imitantibus Capitulum generale Barchinonense anno 1451 celebratum, in quo præside fratre Theodorico Auriga Prouinciæ Franciæ, compilata, & selecta est illa paruula summa statutorum, quæ Barchinonensia dicuntur, ex varijs statutis Papalibus, & Generalibus, omnibus aliis authoritate Apostolica reuocatis, vt habetur in tab. 2. Vicar. Generalis.

20. Ex quibus (vt videtur) manifestè patet statuta quæ Iulii nomine habentur, esto aliquan-

do, tempore Conuentualitatis in vſu alicubi fuerint, caſſata eſſe, & reuocata, quoad Obſeruantes (etiamſi aliquando eos obligaſſent, cuius oppoſitum oſtendi) ac per conſequens eorum vſus illicitus videtur omnibus qui Regulam S. Franciſci, abſolutè, & ſine limitationibus profitentur, vt faciunt omnes Obſeruantes in Gallia, qui vulgo Cordigeri dicuntur; quia nonnulla in eis cōtinentur profeſſioni huiuſmodi repugnantia: profitentur autem ſic: *Voueo & promitto Deo &c. toto tempore vitæ meæ ſeruare Regulam fratrum Minorum, confirmatam per Dom. Papam Honorium, viuendo in obedientia, ſine proprio, & in caſtitate*, quam formam profeſſionis obſeruant Patres Capucini, & Recollecti, qui non tenentur ad plus ex vi profeſſionis, vel Regulæ, quam dicti Patres Obſeruantes, ſeu Cordigeri; neque hinc ſequitur hos teneri ad omnia, quæ Patres Capucini, & Recollecti faciunt, quia longè plus præſtant ex ſua deuotione, quàm ex vi Regulę tenentur, prudeter, aduertentes viuentes ad extremum liciti, facile præcipitari in illicitum: at quantum ad omnia Regulę præcepta ſecundum literalem ſenſum, à Pontificibus declaratũ, ſine diſpenſatione, obſeruanda (v. g. de nuditate pedum, de non equitando, de non habendis pluribus tunicis, duabus, de non recipienda pecunia; nec habendis pro eius receptione cippis; de non habendis poſſeſſionibus, vel vlla proprietate in particulari, vel communi, de ieiunando Aduentu, & ferijs ſextis, quæ ſola ſunt ſpecialia Regulæ præcep-

Differunt profeſſiones Obſeruãtiũ, & Cõuentualium.

non tenẽtur ad plus Capucini & Recollecti, quam Obſeruantes ex vi Regula.

ta, singulos fratres, qua tales, concernentia) eadem est, & æquè stricta Obseruantium, seu Cordigerorum, ac Capucinorum, & Recollectorum obligatio; eadem erit omnibus æterna damnatio, si non obseruauerint, quia *displicet Deo stulta, & infidelis promissio.* Cum igitur dicta statuta quæ Iulij dicũtur ferè omnia præfata præcepta tollant, vel dispensent (licet non vero, sed falso intellectu) præter vnum vel alterum vt ostendi notatione sexta, eorum vsus videtur omnino prohibitus ijs qui se ad Regulam vniuersam simpliciter, & absolutè, sine vlla limitatione, per votum solemne astrinxerunt.

21. Cautius multò Patres Conuentuales, qui modo in sola Italia degunt (exceptis pauculis Conuentibus, quorũ qui in Germania sunt, gaudentes vocantur, quia priuilegijs ad possessiones gaudent) suam professionem emittũt: quia non vouent Regulam S. Francisci absolutè & integrè, cùm intendant habere bona, & possessiones: sed cum limitationibus sub hac forma (vt habet Petrus Rodulphus l. 2. hist. Seraph. qui ordini Conuentualium à secretis fuit) *Voueo & promitto Deo, &c. seruare Regulam Fratrum Minorum per D. Papam Honorium confirmatam, secundum determinationes Mart. 4. & 5. Clement. 2. Eugen. 4. Sixti 4. & Alexandri 6.* quibus determinationibus, seu dispensationibus positis, Regula non vouetur integrè, sed detruncatè, exclusis quibusdam præceptis, maxime circa paupertatem; cum qua forma, vsus fortè dictorum statutorum Iulij compati

potest

poteſt, quæ etiam pro Conuentualibus, & ab ipſis edita ſunt ante bullam vnionis, cum iam Obſeruantes ſeorſim ſub Vicariis, & per propria ſtatuta Barchinonenſia regerentur, qui propterea nunquam illa receperunt(non obſtantibus variis vexationibus à dicto fratre Bonifacio,vt reciperentur,eiſdem illatis) ſed nec ſalua obſeruantia recipere potuerunt.

Et ex his liquidò patet dicta ſtatuta Iulij,nullibi pro reformatione, aſſumenda eſſe: reformatio enim eſt formæ ſemel habitæ, & in toto vel parte amiſſæ reſumptio, reſtauratio, renouatio: forma fratrum Minorum eſt Regulam Seraphici P. N. Franciſci, ſecundum literam, id eſt, literalem ſenſum, à ſummis Pontificibus declaratam ſine diſpenſationibus, obſeruare: reformatio igitur eorumdem fratrum, eſt vbi dicta S. Regula obſeruari in toto, vel in parte deſiit, omnibus modis ſatagere vt ibidem iterum,integrè, & deuotè ſeruetur: & quia ſanctæ leges, & ſtatuta,muri ſunt, & antemuralia,quibus obſeruantia ſuſtinetur, & collapſa reſtituitur,talia edenda ſunt, vel aſſumenda ſtatuta, quæ nihil contra dictam Regulam continent, ſed potius aliqua ſuperaddãt, quibus eius profeſſores, intra limites veræ obſeruantiæ, contineantur,ne incedentes ad ipſam obſeruantiæ ripam, in præuaricationis & deformitatis fluuium præcipitentur. 22. *Reformatio deſcribitur.*

Cum itaque dicta ſtatuta Iulij, plura contineant, Regulæ ſancti Franciſci ad oculum contraria, vt in ſexta notatione, & per totam iſtam quæſtionem oſtendi: vbi modo agi- 23.

tur de reformatione dictæ Regulæ professorum, assumi minimè possunt, sed procul ableganda sunt; alioquin non fieret reformatio, sed deformatio, formæ scilicet, Franciscanæ læsio, mutilatio, vel corruptio: seu deformitatis olim introductæ approbatio, renouatio, confirmatio: reiectis ergo statutis Iulianis, vel potius Bonifacianis (quia Bonifacius à Seua ea fecit contra intentionem Iulij, vt iam ostendi) amplectenda sunt pro reformatione, statuta Barchinonensia, quæ prima obseruantiæ mœnia effecta, & simul ferè cum ipsa, nata, vel cõdita, eandem defendunt, protegunt, fouent, augent, alunt. *Qui dißipat sepem* (istam Regulæ) *mordebit eum coluber & vbi non est hæc sepes, diripietur* (regulæ) *possessio*, si non ponatur alia strictor.

24. Hæc sunt quæ pro temporis angustia nobis dicenda occurrunt, pro receptione statutorum Barchinonensium, ad reformationem inchoãdam, occasione sumpta ex disputatione, & appositione contra ea, facta, per Patres huius Cõuentus (maxime nudius tertius coram amplissimis DD. de supremo Senatu) prætendentes cum eorum exclusione, introducere, vel conseruare vsum statutorum Iulij, quem ideò impugnare conati sumus: & quia experientia nobis constat in quibusdam prouinciis Ordinis, aliàs bene institutis, nonnullos esse deceptos, vt aliqua facerent contra Regulam, maximè in vsu tertiæ tunicæ stamineæ, solius munditiæ causa, & liberiori equitatione, putantes id sibi licere, per statuta Iulij, cum tamen nec pro

Obſeruantibus edita, nec per eos vnquam acцepta, vel practicata fuerint.

Si tamen prædicta ſtatuta Iulij expurgarentur, ablatis ijs quæ contra regulam & Concilium Trid. continent, & aliis quæ modo practicari non poſſunt, reliqua, regulæ bonæ obſeruantiæ, & reformationi adaptari poſſent: nuditatem pedum, cum regula obſeruandam volunt, propter quam tamen præcipuè putatur reijci Barchinonenſia, vilitatem veſtium & aſperitatem ſtrictè præcipiunt: camiſiarum linearum vſum ſub pœnis prohibent: ſine linteaminibus, & culcitris de pluma, cum habitu, corda, & fœmoralibus dormiendum ſanciunt: omnes alias veſtes præter duas tunicas, & tertiam ſtamineam (hanc dant contra regulam) auferunt: pecuniæ portationem, & contrectationem ſeuerè puniunt: proprietarios & inobedientes perſequuntur: equitationem vetant, quamuis liberius maioribus eam permittant: ieiunia regulæ, & Eccleſiæ ſtrictè obſeruari iubent: meditationem, poſt mediam noctem, & completorium haberi mandant; vaſis ligneis vel terreis vtendum volunt: diſciplinam pro carnis maceratione ter in hebdomada, vel ſaltem feriis ſextis præcipiunt: Guardianum ante fratres veſtiri vetant, eius portionem cibi & potus, cum portione fratrum laicorum æqualem, omnibuſque fratribus æqualiter miniſtrandum ſtatuunt: carnes de ſero miniſtrari, aut pro ſanis vllo tempore aſſari omnino inhibent: vina vel commeſtibilia, ad particulares fratres aliunde miſſa recipi nolunt: extra con-

uentum, vbi habetur, bibere vel comedere non ſinunt; vnum tantum ferculum, etiam in Capitulis generalibus miniſtrari permittunt: Superiores, in conuentu, Eccleſia, cibis, veſtibus, lecto, ſubditis conformandos, & vitam communem non ducentes, deponendos, volunt: Generales & Prouinciales non reformantes fratres, deponunt: rebellantes, moleſtantes, & impedientes reformationem, & obloquentes reformatis, vel reformatoribus, ſeuerè cohibent. Generali eiuſque Vicariis, omnimodam dant authoritatem inſtituendi miniſtros, Guardianos, cuſtodes, nouitiorũ magiſtros, prout expediet reformationi, vbi eſt neceſſariũ: omne ius & actionẽ ad eleemoſynas, ſeu fundationes perpetuas à fratribus præſcribunt: procurantes poſſeſſiones, redditus, vel ius ad eleemoſynas perpetuas pœna proprietarij, & depoſitionis feriunt: vbi conuentus non ſunt reformati, nec breui reformandi, vel bona immobilia à fratribus poſſidentur, fratres poſſe recurrere ad miniſtros generales declarant, vt eis prouideant de locis quibus regulam ſeruare poſſint.

Hæc dum illa ſtatuta feſtinus percurrerem notare volui, vt appareat, non eſſe aliena à reformatione, ſi expurgentur, vt dictum eſt. Sed tunc conuenient cum Barchinonenſibus; & differentia tantum erit, in nomine: ſed nec in ipſo nomine expedit à reliquo corpore diſcrepare.

Reſponſio ad quaſdam Obiectiones Aduerſariorum.

AT reſpondere neceſſe eſt ad obiectiones aliquas, nobis à dictis Patribus oppoſitas, tum alias, tum maximè in diſputatione habita coram dictis ampliſſ. D D. de ſupremo Senatu: habētur etiam in libello ſuper hoc Chriſtianiſſimæ Majeſtati porrecto. Prima eſt quod ipſa ſtatuta Barchinonenſia an. 1583. Toleti renouata, & approbata, in fine ſic habent. *Tametſi prædicta ſtatuta generalia Barchinonenſia à Gallicis, & Belgicis Prouinciis fuerint ſuſcepta, conceditur tamen eiſdem Prouinciis, vt regantur ſecundum ſtatuta Capitulorum generalium, & Prouincialium vſitatorum in qualibet Prouincia*: Ex quibus colligunt per ipſa ſtatuta Barchinonenſia, licere eis vti ſtatutis Iulij. Sed hæc obiectio in fumum euaneſcet, ſi ſequentia aduertantur. 1.

Primum eſt, quod ſtatuta Iulij non ſunt vllius Capituli, Generalis vel Prouincialis, ſed condita (vt ſæpè dictum eſt) à fratre Bonifacio de Seua Miniſtro Prouinciali Franciæ, & licet ipſe dicat mandatum fuiſſe in Capitulo generaliſſimo Romæ an. 1506. vt fierent, tamen Epiſcopus Portuenſis 3. p. Chron. li. 8. referens exactè omnia quæ ibi facta ſunt, ne verbum facit de tali mandato, neque tanta fide 2.

digna sunt quæ frater Bonifacius in suo libro, Firmamenta trium Ord. (cui proprium nomen non præfixit) de se narrat; maxime cum de seipso plura dicat, quæ apud nullum alium reperies: & quia occasione dictorum statutorum turbas in Galliis excitauit.

3. Secundum. Concessio hæc facta est respectu statutorum per Capitula Fratrum de Obseruantia editorum, quia Patres non intenderunt licentiam dare vtendi alienis statutis extra obseruantiam conditis: at illa statuta Iulij facta sunt pro Conuentualibus, & ab ipsis ante bullam vnionis, (vt late in Superioribus ostendi) vel nunquam obseruata: ergo per hanc concessionem non intelliguntur, quia quod non est verisimile non est credibile, & nihil minus verisimile est, quam ordinem condentem, & reuidentem statuta pro regulæ obseruantia, intendisse licentiam præbere prouinciis Gallicis & Belgicis, quæ constituunt mediam ferè partem familiæ Cismontanæ, vtendi statutis cum obseruantia regulæ pugnantibus: adde ordinem hoc non potuisse intendere, vt modo dicam.

4. *Ordo nũquam intendit cõcedere licentiam vtendi statutis dispensatiuis regula.*

Tertium. Illa statuta Iulij sunt expresse cõtra quædam præcepta Regulæ (vt sexta notatione ostendi) in quibus Patres Capituli, & totus Ordo non possunt dispensare, maxime in illo de non habendis bonis immobilibus, vt modo suppono, (*de quo vide Cordub. in Reg. c. 10. q. 4. & D. Bon. in Reg. c. 9. & 12.*) ergo non intenderunt permittere vsum statutorum Iulij, per quæ in dictis præceptis dispensatur:

ſed aliorum quorumcumque Regulæ non obuiantium, quod in Capitulo generali ſequenti Romano an. 1587. expreſſerunt per hæc verba: *Permittuntur Prouinciæ regi iuxta noua, & antiqua ſtatuta prouincialia, conſuetudineſque ex more patria acceptas, quandiu huiuſmodi conſuetudines Regulæ puritati, boniſque moribus minimè refragantur.* quid clarius?

Quartum, Demus, conceſſiſſent Patres quod prætenditur, poſtea oppoſitum ſtatuerunt in Capitulo Romano an. 1600. cui omnes vocales Franciæ interfuerunt, per hæc verba, quæ ſuperius poſui: *Omnes Prouinciæ Galliæ regantur ſecundum ſtatuta Barchinonenſia, ab antiquis recepta, & à Pio V. pontifice maximo approbata.* Ergo cum lex poſterior tollat priorem, etiam ſine mẽtione eius facta, ideo licet vſus ſtatutorũ Iulij fuiſſet cõceſſus per Barchinonenſia, loco citato an. 1585. (quod falſum eſſe oſtendi) ille vſus prohibitus eſt, per eadem Barchinonenſia an. 1600. per verba relata. Ex his patet friuolam eſſe hanc obiectionem, quam dicti Patres nudius tertius coram ſupremo Senatu diſputantes, fortiter vrgebant. 5.

Obiter etiam noto ex loco citato ab aduerſariis, conſtare ſtatuta Barchinonenſia in Gallicis Prouinciis fuiſſe recepta, quod tamen antea negabant, aſſerentes ea ſibi omnino eſſe incognita.

Diluitur obiectio qua prætenditur Barchinonensia reijcienda, à Gallis quia sunt Hispanica.

1\. OBiectio altera coram Amplissimis DD. de supremo Senatu agitata, & dicto libello contenta est, quod statuta Barchinonensia sunt Hispanica, & ideo acceptari non debent à Gallis, atque adeo statutis Iulij vti debent. Hæc obiectio in omni ordine magis seditiosa, quàm ingeniosa, vel religiosa censebitur: impertinens est vbi statuta edantur, vt totum Ordinem obligent, modo à sufficienti potestate, & ad finem regendi totum ordinem sint edita, alioquin non erit possibile statuta condi, vniuersum Ordinem astringentia, sicque nulla erunt generalia, sed ad summum nanationalia secundum hanc obiectionem, quia necessariò in aliqua natione determinata, & non in qualibet edi oportet, quo nihil absurdius. Ordo habuit sua comitia, nunc in Italia, nunc in Francia, nunc in Hispania, nunc in Germania, & in singulis edita sunt aliqua statuta, pro vniuersi Ordinis regimine, sed nullus vocauit Germanica edita in Germania, quasi solos Germanos obligarent; ergo Barchinonēsia, esto in Hispania facta sint, non tantum Hispanos, sed totum ordinem obligāt.

Non refert vbi edantur statuta vt sint generalia.

2\. Pro quolibet Capitulo Ordinis celebrato in Hispania, plura reperies celebrata in Francia: quorum

quorum ſtatuta, quis vnquam vocauit Francica, quaſi aliarum nationum Fratres non obligarent? Si Frãcica dixeris à loco editionis, totũ tamen Ordinem aſtringere non ïeris inficias, eodem ſenſu voca Barchinonẽſia ſtatuta, Hiſpanica, ſed fatere, obiectionem nihil facere ad intentum, quod eſt, non obligare Gallos.

Alij aſſerunt tempore editionis ſtatutorum Barchinonenſium, Barchinonam ſceptro Galliarum fuiſſe ſubiectam, de quo quicquid ſit, certum eſt tunc Aragoniam vbi ipſa ſita eſt, Hiſpaniæ fuiſſe inimicam, ideóque Hiſpaniæ Regem ægerrimè tuliſſe quod Rex Chriſtianiſſimus Ludou. 11. paulò poſt, ſuppetias Regi Aragoniæ miſiſſet, vt habent annales Franciæ. Certum etiã eſt falſum eſſe, quod libello querimoniarum ad Regem Chriſtianiſſimum, dicitur, præfata ſtatuta per Hiſpanos & extraneos facta fuiſſe, quia non ſolum Patres Galli, & plures numero aliis, ad ea edenda cõcurrerunt, ſed etiam præſidente F. Theodor. Auriga, Gallo, Vicario Generali, & Prouinciæ Franciæ, edita ſunt, vt habetur in Tab. Vic. Gen.

A primo Ordinis Capitulo Generali celebrato poſt mortem S. Franciſci, Aſſiſij an. 1227. vſque ad an. 1447. quo habitum eſt primum Capitulum Generale Obſeruantium noſtræ familiæ Ciſmontanæ, ſub Vicariis, Audomari, tunc Prouinciæ Franciæ, reperio ex Memoriali Ord. Et Marco Vlyſſiponenſi 3. p. Chron. l. 8. decẽ capitula Generalia in Galliis celebrata, & duo tantũ in Hiſpania. Inde ad an. 1517. quo facta eſt vnio variarum Congregationum 3

Olim plura capitula generalia habebantur in Francia, quam in Hispania. Ordinis, & sigillum eius traditum obseruantibus per Leonẽ 10. tredecim Capitula inuenio celebrata in Galliis, & quatuor tantum in Hispaniis. Plures etiam reperio ante hanc vnionẽ, Generales Gallos, quorum quatuor assumpti fuerunt ex Prouincia Aquitaniæ, F. Gerardus Odonis electus an. 1329. F. Fortanerius Vassali F. Guillelmus Farinerius, F. Ioannes de Baco, qui immediatè sibi succedebãt. Sed vnum tantum vel alterum reperio ex Hispania ad generalatum assumptum.

4 Item ex 24. Vicariis Generalibus per quos Obseruãtes Cismõtani gubernati sunt, vnum tantum reperio fuisse Hispanum, Catalanum, reliquos omnes, præter vnum, vel alterum, Gallos, quorum tamen aliqui secundò, & tertiò electi fuere. *Plures generales olim ex Galliis quam ex Hispaniis assumpti.* Hisce temporibus leges, & statuta pro Ordinis regimine in Galliis condi solebant, sed æquè benè in Hispaniis obseruabantur, à quibus non reijciebantur, quia Gallica, id est, in Galliis edita: Cur ergo modo statuta in Hispaniis edita, tanquam Hispanica, reijciantur à Gallis?

5 Vltimo hoc sæculo mutatæ sunt vices, Capitula generalia citra montes, vt plurimum in Hispaniis celebrata sunt, & Ordinis Generales vno excepto, ex eisdem assumpti. Et quæ huius vicissitudinis causa? Quod disciplina regularis quæ olim in Galliis floruit, hisce temporibus, in multis defecerit, & in dissolutionẽ nonnihil cõuersa, vel migrasse videatur secreto Dei iudicio in Hispaniã; vbi modo sunt magno numero Patres pietate, literis, & nobilitate ce-

lebres: in adagio est, honores mutant mores; id est (me interprete) mutantur à moribus: honores, & maiores dignitates Ordinis à natione Gallica ablatæ sunt, hoc sæculo, quia hæresi, & intestinis bellis omnia turbantibus, mores regulares magna ex parte in sæculares (quod etiã aliis Religionibus vt plurimum euenit) cõmutati sunt: redibunt iterum, si, in melius moribus commutatis, collapsam Galli restituant disciplinam. Nunc tempus est oportunum; vrget Sanctissimus D: desiderat, & ad id laborat eius primogenitus Rex Christianissimus; adest ad executionem paratus, ab eodem Rege Christianissimo vocatus, Reuerẽdissimus Pater Minister Generalis. Nunc tempus acceptabile; & dies salutis omnibus qui Regulã sancti Francisci integram vouerunt, si reformationẽ, de qua agitur, lubentes amplectantur. Hactenus nonnulli in aliquibus fortè excusari potuerunt, in posterum nulla restabit excusatio; sed reformari nolentibus, ęterna formidanda damnatio.

Quare modo vt plurimũ capitula habentur in Hispania, & Generale ex eis assumũtur.

Addo etiam, euenturum, quod aduersariis reformationis auferetur Regnum (Prouinciæ & Conuentus) & dabitur genti facienti iustitiam; id est veris filiis S. Francisci, Regulã eius purè obseruantibus. Id proculdubio facient, & facere tenentur Sanctissimus D. Christianissimus Rex, & Reuerendissimus P. Generalis: primus vt mandator, secundus vt Protector, & propugnator, qui non sine causa gladiũ portat; tertius, horum mandatis, & auxiliis fretus, vt exequutor. 16

Hanc habet Ordo Seraphicus à Deo benedictionem, quod nunquam defuerint in eo veri Israelitæ, Regulæ sanctæ Zelatores, qui dissolutionibus, & relaxationibus, pro domo Dei se opponerent.

7 In Ecclesia nunquam diu regnauit hæresis, neque in Seraphico ordine Ecclesię firmissima columna, diu mansit deformatio, vel dissolutio, sine suo antidoto. Experta est Gallia ad quam hoc vltimo sæculo meritis Seraphici Patris, vt domum eius iam labentem sustinerent, misit Pater misericordiarum, & Deus totius consolationis, Patres Capucinos & Recollectos, qui paruo tempore facti sunt in gẽtem magnã, Regulam purè, & ad literam obseruantes, pro sua & proximorum salute, verbo & exemplo fructuosè laborãtes; quos quædam Galliarum Prouinciæ zelo sancto iam imitari cæperunt; & aliæ indies ad id disponuntur: vt sperandum sit, si reformatio inchoata Deo dante, progressus fecerit, per merita S. Frãcisci, zelum, & pietatem Ludouici Christianissimi, breui euenturum, vt in Galliis, sicut & in Hispaniis futurum sit vnum ouile Franciscanũ, vnusque pastor: quod proculdubio cedet ad Dei gloriam, animarum salutem, Religionis Catholicæ augmentum, & totius Christianissimæ Monarchiæ incomparabile emolumentum.

Futurũ vnũ ouile Franciscanum in Gallia.

8 Neque est quod hocà quibusdã ita arduum existimetur, vt desperetur, modò procedat reformatio; quia ante 100. annos Leo 10. ex Conuẽtualibus reformatis, vel pro talibus habitis, Obseruantibus, Clarenis, Amadeis, Coletanis,

& ijs qui de Capucio, seu de Sancto Euangelio dicebantur, fecit vnum corpus obseruantiæ regularis, exclusa dictarum congregationum & nominum varietate: Et Franciscus I. in Gallijs pro sua in ordinem S. Francisci deuotione, ad effectum perduxit; idémque fecerunt in suis ditionibus alij Reges, & Principes, ita vt illa congregationum & nominum diuersitas, penitus fuerit extincta citra montes, & etiam vltra, exceptis Conuentualibus, qui ibi semper perseuerant. Modò non est maior diuersitas, nec fortè tanta, in congregationibus, nec minor zelus, vel potestas in Sanctiss. D. N. Gregorio 15. & Ludouico Christianissimo, quare ergo nõ speremus ab ipsis, quod à Leone, & Francisco præstitum est? Verũ nisi prius per reformationem, materia disponatur, vnionis forma, quam à multis pijs, & zelosis vtriusque partis strictius & laxius viuentium maximè desiderari scio, nunquam introducetur.

Vnio ex varijs cõgregationibus S. Frãcisci, quando facta?

Vnio ex reformatione speranda.

9\. Sed audire videor, eos qui, *arctam viam, quæ tamen maximè ducit ad vitam*, non amant, perstrepere, impossibile sibi ducentes cum tam rigidis Regulæ obseruatoribus quales Capucini & Recollecti eodem viuendi modo vniri.

Respondeo non defuisse tales tẽpore vnionis factæ per Leonem, & Franciscum, aliosque principes; Addo non esse præceptum vt tam rigidè seruent Regulam, ac præfati; consilium tamen do, qui potest capere capiat, vnio stare potest, modo Regulæ essentialia, licet nõ tam strictè, seruentur. Regula habet suos gradus & latitudinem, sicut & alia præcepta Euangelij,

& Ecclesiæ; de quo Corduba q. 5. introduct. iii eandem, alij strictius, & perfectius; alij minus strictè, & perfectè, sed vtriq; sufficienter eam seruant. Sic in ieiunijs, alij lautius, alij parcius reficiuntur, vtrique tamen satisfaciunt præcepto, si cætera requisita seruentur, sed non æquali merito. *Omne præceptum* (inquit D. Th. 2. 2. q. 187. a. 3.) *potest diuersis vijs adimpleri; & licet vnus perfectè adimpleat, non propterea frangitur ab alio, ipsum non adimplēte eodē perfectionis gradu, de quo Nauar. c. nullam. 18. q. 2. n. 25. & optimè D. Ber. apol. ad Guliel. Abbatem, & l. de præcepto & disp.*

10\. Hæc obiter digressum non nihil ab intento, quasi inaduertenter occurrentia, desiderium restaurationis corporis, cuius, licet indignus, sum membrum, & zelus domus meæ, quæ comedit me, dicere coegerunt, quasi per anticipationem; quia donec fiat reformatio, quæ ad vnionem est vnica dispositio, non est quod de hoc agatur: subindicare tamen, tam magnum bonum, ex reformatione probabiliter euenturum, ipsam reformationem adiuuare, & promouere debet.

Diluitur argumentum quo prætenditur extraneos Fratres excludendos ab hoc Conuentu, & ostenditur quàm benè meriti sint de eodem, quamq; ingratè eos excludi petitur à Christianissimo Rege.

TErtia obiectio, etsi non sit contra Barchinonensia, sed contra nouam compilationem statutorum à Reuerend. P. Generali factam: quia tamen coram dictis Amplissimis Dominis, & libello querelarũ ad Regem Christianissimum contra Generalem inserta, hîc venit soluenda; arguitur quod noua illa cõpilatione Reuerendissimus P. dat ius 18. extraneis Fratribus, id est extra Gallias natis, vt in dicto Conuentu studere possint; ergo compilatio saltem quoad hoc, præter alia, corrigenda; probant, quia arresto Parlamenti dato anno 1543. 19. Octob. cauetur, vt statutum quod concernit numerum extraneorũ in dicto magno Conuentu recipiendorum, deleatur, quod etiam ibidem dicitur ipsum Regem Christianissimum declarasse.

Respondetur neq; Regẽ Christianiss. neque supremũ Senatum vnquã intendisse extraneos Fr. à dicto Cõuentu expellere, sed numerũ excessiuum extraneorum reformare, & statu-

tum concernens talem numerum cassare: Vnde Christianissimus Rex eodem an. 20. Decemb. duos integros menses post dictum arrestum, literis quibus confirmat statuta Calui, pro eodem Conuentu edita pro iure extraneorum sic ait: *Nous auōs ordonné & ordonnons que le nombre de religieux estrangers estudians au dit Conuent de Paris, par cy-deuant reduict par nous à 18. Sera augmenté de six, & s'estendra iusques à 24. Si non que par nous soit fait grace & permission d'en receuoir outre ledict nombre.* Hæc ostensa fuerunt parti aduersæ, & data huius concessionis regiæ collata cum data dicti arresti, & reperta bimestri posterior: quibus non obstantibus adhuc conqueruntur de Generali, & dictum arrestum (vt videtur) contra conscientiam, allegant. Sed quomodo arrestum poterat cassare statutum de extraneis postea factū, & à Rege Christianissimo confirmatum! cassauit ergo statutum Generalis Lunelli editum an. 1539. quo concessum est, vt ex singulis Ordinis Prouincijs quatuor studentes possent mitti ad dictum magnum Conuentum, quodque in eo essent quatuor studentes discreti, ex quatuor primarijs nationibus, primus Gallus, secundus Italus, tertius Hispanus, quartus Germanus; hūc numerum extraneorum, quia vere excessiuus videbatur, & quia quandam iurisdictionem dabat extraneis, sustulit arrestum; de numero autem viginti quatuor studentium postea assignato à Rege Christianissimo, non venit ei in mentem, sed Reuerendissimus Pater Generalis modo hunc numerum reduxit

Originales habētur in Cōuentu Aue Maria.

Nec Rex Christianiss. nec supremus Senatus excluserūt extraneos à magno Cōuentu.

reduxit ad 18. Et sic sex studentes abstulit extraneis, ex beneficio regio eis collato; & tamen libello querimoniarum ad Regem, dicitur eum ius ad 18. studentes, extraneis dedisse: qua sinceritate, lector iudicet.

Videant quæso Patres qui extraneos exclusos volunt, ne censeantur ingrati, cum constet famam, & celebritatem dicti Conuentus, siue sanctitatem siue doctrinam spectes, maiori ex parte, per extraneos partam esse. Alexander de Ales primus eius Theologiæ lector, Theologorum Scholasticorum vere pater, Anglus fuit: Fr. Haymo, quintus (secundum alios sextus) Generalis, vir magnæ sanctitatis, eiusdem Conuentus lector, eiusdem nationis fuit. Fr. Angelus germani fratris S. P. Francisci ex filio nepos, lector eiusdem Conuentus, Italus fuit. Frater Ioannes de Parma, octauus Generalis ex lectore eiusdẽ Conuentus, cuius electione Frater Egidius, Fr. Leo, Fr. Masseus, Fr. Angelus socij S. Francisci, ipsum Sanctum patrem sibi resuscitatum dicebant, qui etiam nudis pedibus vna contentus tunica, totum ordinem visitauit, Italus fuit: eius in generalatu successor, lector eiusdem Conuentus, Seraphicus Doctor, magnum lumen Ecclesiæ Dei & huius almæ vniuersitatis, BONAVENTVRA eiusdem nationis. Item Italus fuit Fr. Petrus Philaretus, qui in eodem Conuentu vixit & vt quidam volunt, professor fuit, & postea summus Pontifex electus est, Alexander 5. vocatus, in cuius coronatione Ioannes Gerson orationem habuit præclaram, tam ri-

Fama magni cõuentus Paris. per extraneos, maxime parta.

beralis fuit, vt de eo dictum sit, quod esset diues Episcopus, pauper Cardinalis, & mēdicus Pontifex. Ioannes Duns Scotus, Doctor subtilis, in eodem Conuentu professor, Hibernus fuit. Franciscus Maironius, à quo actus Sorbonicus, toto orbe celeberrimus, initium sumpsit, Scotus fuit. Ricardus à Media villa in eodem commoratus (docuisse mihi non constat) Anglus fuit.

Extraneos excludere à conuentu non exigua ingratitudo

Ex his alijsque viris magnis ex ipsa Gallia ortis adeo creuit dicti Conuentus fama, vt nesciam an vllus alius in vniuersa Ecclesia plures, vel præclariores dederit in Theologia Scholastica Doctores, & Scriptores; quod magna ex parte extraneis acceptum referri debet. Videant ergo qui extraneos excludere volunt, ne ingratitudinis notam incurrant. Si ab initio exclusissent, se tot eximijs Magistris, & almam hanc Academiam, matrem vniuersitatū, tot præclaris filiis, & alumnis, priuassent.

In constitutionibus antiquis Ordinis, (quæ ab alijs Farinerij, ab alijs S. Bonauenturæ, & Narbonæ editæ an. 1260. putantur) statuitur vt ex singulis Prouincijs Ordinis duo in studio Parisiensi, sine prouisione admittantur; modò, neque cum prouisione admitti poterunt, si aduersarij præualeant. In hac alma vniuersitate, aliarum nationum Magistra, extranei omnis gentis ascribuntur, bonis literis instruuntur; soli Fratres Minores extranei expelluntur, quia à suo Conuentu proscribuntur, nec extra Conuentū commorari permittitur: erūt ergo peioris conditionis omnibus alijs cuiuscunq;

sint sortis, si admittatur querela aduersariorũ.

Mira res, fratres Galli passim in Italia, & Hispania admittuntur, ibi discunt, docent, lectores, & auditores fiunt pro superiorum arbitrio; authores libelli queruli ad Regem Christianissimum, omnes aliarum nationum Fratres à studijs Gallicis ablegare contendunt. Conuentus est Ordinis, Generali immediatè subiectus, & à Commissario familiæ (si aduersarijs credimus) exemptus; & tamen totum Ordinem præter propriam gentem, excludi volunt nostri queruli. Fama ciuitatis celeberrimæ, & vniuersitatis totius Ecclesiæ facile primariæ, crescit ex concursu omnis gentis, omnisque professionis hominum, quam non parum diminuunt, qui extraneos Minores, exilio damnant. Iacobitæ in alma vniuersitate, sua iura, sui ordinis extraneis illæsa seruant, idem obseruant & alij religiosi; aduersarij nostri, Minoritas extraneos, iure, quod 400. ferè annis fruuntur, à Rege Christianissimo, supremoque Senatu confirmato, priuare volunt.

Sed quare tam instanter contra extraneos agitur, cum à multis annis paucissimi venerint? reformationem promouebit extraneorum exclusio? alij certe putant in odium reformationis contra eos agi: id mihi certum, dum in dicto Conuentu maxime vigerent doctrina, & disciplina, extraneos multos in eo vixisse, neminem de eorum exclusione egisse; certum item, nisi progressus fecerit inchoata reformatio, aut nullos, aut paucissimos, qui excludantur, aduenturos. Scio etiam multis pa-

tribus dicti Conuentus maxime displicuisse, quod de extraneorum exclusione agitur, culpamque coniectam in vnum vel alterum, qui passione non ratione ducuntur.

Ostenditur quam suauiter & prudenter processerit Reuerendissimus P. Generalis in compilatione statutorum huius celebris Conuentus, & quam immeritò ei in hoc resistatur.

Fini huius discursus, adijcere lubet modum, quo Reuerendissimus P. N. Generalis nouam compilationem, collectionem, vel potius selectionem statutorum huius Conuentus, ex antiquis fieri mandauit; vt pateat, quam suauiter, & prudenter, in hac re processerit, quamque immeritò in hoc ei resistatur.

Ante aliquot dies iussit Reuerendissimus P. vt ego ratione officij Diffinitoris Generalis, quo indignus fungor, & Reuerendus P. Philippus, Neapolitanus Doctor Theolog. Secretarius Ordinis, simul cum Honorando P. magistro nostro Claudio Mahuet, huius Conuentus Guardiano, & P. Magistro nostro Martino Meurisse, eiusdem Conuetus sacræ Theologiæ Lectore, reuideremus statuta omnia dicti Conuentus, seligeremusque ex ijsdem, & in ordinem redigeremus, quæ pro reforma-

tione facere viderentur.

Accepta instructione à Reuerendissimo P. conuenimus,& quod iussit, exequi incepimus pacificè, & vnanimi consensu. R. P. Guardianus alijs impeditus, prosequi non potuit, & ideo se excusauit, vices suas dicto P. magistro Meurisse committens, quo cum Secretarij munere fungente, bonam partem statutorum reuidimus, & ordinauimus; eoque impedito, iubente Reuerendissimo P. vt alius eius loco sufficeretur. P. Guardianus per se non potens adesse. V. P. Pestell sacræ Theologiæ Lectorem substituit, quo, officium etiam Secretarij agente, opus cæptum pacifice, & sine vlla opinionum varietate perfecimus,& collectionem statutorum per nos ex antiquis factam R. P. tradidimus legendam, examinandam, & cum originalibus conferendam; qui, postquam legisset, & examinasset, audiens, nonnullos ex discretorio in contrarium nonnihil obloquutos, eam iterum tradidit reuidendam, examinandam, & cum originalibus conferendam octo Patribus, quatuor scilicet ab ipso, & quatuor alijs à discretorio denominatis. 2.

Inter suos quatuor vt cũ omni suauitate, & sinceritate se procedere ostenderet; P. magistrum nostrum de Barse, qui olim huius Conuentus Vicarius fuit, & Prouinciæ Franciæ Prouincialis bene meritus, & Magistrum nostrum Corradin, eiusdem Conuentus quondam Guardianum, eiusdem etiam Prouinciæ patrem, quibus me, & dictum P. Secretarium Ordinis adiunxit. Ex parte autem discretorij 3.

nominati erant, dictus P. Guardianus, dictus P. Meurisse. P. Vicarius iuuenum, & P. Procurator Conuentus. Reuidimus omnia, & cum originalibus, vbi aliqua ratio dubitandi suberat, contulimus.

Quædam puncta, de quibus vota erant paria, vel nihil habebatur in statutis antiquis, ad Reuerendissimum P. N. Generalem retulimus, qui annuit petitioni Patrum fere in omnibus; licet in statutis antiquis non omnia haberentur.

4. Ex his memoria teneo sequentia, v. g. quod omnes Lectores Theologiæ fierent discreti, cum tamen secundum statuta antiqua, tantum duo ipsorum discreti esse possent: Item quod P. Procurator Conuentus discretus esset, de quo nihil in antiquis. Item de numero iuuenum, de pensione eorundem, de modo legendi, vel præsidendi vltimi lectoris Theologiæ; de Præsidente in electione præsidentis, casu quo Guardianus morte, vel aliàs ante triennium defungeretur officio, de mitigatione cuiusdam pœnæ positæ in antiquis statutis.

Consensit etiam vt numerus studentium extraneorum, qui secundum statuta antiqua, & per decretum Regis Christianissimi Francisci, & supremi Senatus, deberet esse 24. reduceretur ad 18: tantum abest, quod auxerit extraneorum numerum; quod tamen constat ei obiectum esse, & magnis viris inculcatum: qua sinceritate, Deus nouit, & supra ostensum est. Tandē omnibus præfatis statutis sic collectis, & ordinatis, subiecimus censuram sequentem.

Præfata omnia ſtatuta fuerunt reuiſa, examinata, & cum veteribus collata, per ſequentes octo Patres, quorum quatuor ad id fuerunt nominati ex parte Reuerendiſſimi Patris, quatuor alij ab eodem aſſumpti, ex his quos ad idem nominauerat diſcretorium; qui omnes iudicarunt eſſe conformia veteribus, & apta, ac congrua pro reformatione huius Conuentus, in quorum fidem ſubſcripſerunt die octaua Ianuarij 1622. non tamen intendunt ſuis ſyngraphis alios obligare. Vltima particula ad inſtantiam patrum ex parte diſcretorij nominatorum, poſita eſt. 5

Nominati à P. Reuerendiſsimo.

Frater Hugo Cauellus prouinciæ Hyberniæ, Ordinis Diffinitor Genetalis.

Frater Philippus Neopolit. Ordinis Secretarius.

Frater de Barſe Prouinciæ Franciæ Pater.

Frater Corradin Pater Prouinciæ Franciæ.

Nominati à Diſcretorio, & à Reuerendiſsimo P. aſſumpti.

Frater C. Mahuet Guardianus.

Frater M. Meuriſſe, Doctor & Profeſſor Theologiæ Conuentus.

Frater A. Trouſſier Vicarius iuuenum.

Frater M. Chriſtien Bacc. primi Ordinis, Procurator domus.

Alij diſcreti poſt hos, ipſo P. Guardiano ad id eos inuitante, ſubſcripſerunt eidem cenſuræ, loquor autem de his qui vere diſcreti ſunt, non vero de ijs, qui quando libet Guardiano, & aliis, ad diſcretorium vocantur cum nullum 6

ius habeant per ſtatuta domus, vel Ordinis, ad ſuffragandum.

Qui autem poſt prædictos octo ſubſcripſerunt ſunt ſequentes.

Frater Sebaſtianus Peſtellus lector Theologiæ.

Frater F. Beguin P. antiquus.

Frater P. Diez diſcretus Aquitaniæ.

7. Ex his patet quanta ſuauitate Reuerendiſſimus P. proceſſit in præfatorum ſtatutorum editione, cum nec ipſam collectionem voluerit per ſe vel ſuos fieri, vt potuit, ſine concurrentia, & cooperatione Patrum Conuentus: & poſtea per dictos octo Patres, collectionem iam factã cum additionibus, mutationibus, & explicationibus adjectis reuideri, & examinari fecerit: extant pro hoc Cõuentu ſtatuta Generalis Delphini edita anno 1052. Generalis Pauli Piſſoti anno 1533. Lunelli edita anno 1539. Calui anno 1543. Gonzagæ edita anno 1579. Et à Meſſana edita anno 1610. in quibus omnibus, nulla habetur mentio conſultationis vel communicationis factæ cum diſcretis, de quo nemo conqueri poteſt, cum in ordine diſcreti conuentuum, nullum habeant ſuffragium ad ſtatutà condenda: ſolus præfatus noſter Generalis, ſupererogatoriè, hanc communicationem fieri mandauit cum diſcretis, vt ſe ſuauiter, & benigne procedere oſtenderet; tamen clamatur à quibuſdam, quod abſoluta ſua authoritate, nulla habità cum aliis collatione, omnia faciat.

8. Præterea cum ex ſua parte deſignaret quatuor

tuor Patres pro reuisione, & examinatione dictorum statutorum, omissis quibusdam Patribus ratione officiorum quibus in ordine functi sunt, qualificatis, doctis, & in rebus ordinis expertis, quos in comites, & assistentes sibi asciuerat, duos ex quatuor nominauit, ex hac Prouincia Franciæ, qui ambo in dicto Conuentu officiis functi sunt, & consequenter speciali vinculo obligati eius bono prospicere.

Addo Reuerendissimum P. Generalem fere in omnibus annuisse petitionibus dictorum Patrum examinatorum, vt supra dixi, & ad ipsorum instantiam rigorem antiquorum statutorum in quibusdam temperasse, qui tamē habita disputatione de statutis Barchinonēsibus, ab eorundem obligatione, non petierunt liberari, sed omnibus vt dictum est, absolutè subscripserunt, suisque calculis approbarunt.

Addo etiam licet Reuerendissimus P. aliqua addiderit, vel mutauerit pro maiori declaratione, & meliori obseruatione antiquorum statutorum (sed consentientibus deputatis Conuentus, tam in prima collectione, quam in reuisione eorundem); nihil tamen addidisse, vel mutasse, quod maiorem afferret rigorem, vel difficultatem, sed in quibusdam oppositum præstitisse: temperauit enim quasdā pænas antiquorum statutorum; & licet vnus prædecessorum statuerit iuuenem post Philosophiam ad suos remissum, non admittendum ad Theologiam, nisi per annū inter reformatos viueret, & alius ad biēnium id extenderit, Reuerendissimus P. neutrum in sua compilatione posuit.

Ex quibus, non satis mirari possum, quod modus procedendi tam suauis, & sincerus, arguatur, & impugnetur, & quidem ab ipsis, qui præfatam censuram approbatiuam, dictis statutis adiunxerunt. At respondent se non improbare, nec impugnare dicta statuta ratione suarum personarum, sed propter alios, qui ea ferre non possunt, & ideo in sua censura explicasse, se non intendere alios obligare.

Verum, quis non videt hoc effugium inane esse? In censura dicunt statuta præfata, esse veteribus conformia, apta & congrua pro reformatione huius Conuentus: si veteribus conformia, non est quod conquerantur de Reuerendissimo P. Generali præsenti, sed magis de præteritis Generalibus, qui vetera statuta ediderunt. Si apta & congrua pro reformatione Conuentus; ergo alios intenderunt per hæc obligandos, vel nomine Conuentus tantummodo semetipsos quatuor (hi tantum adiungi fecerunt illam particulam ad finem censuræ) intellexerunt, quod irrationabile est. Commissa sunt eis statuta reuidenda, & examinanda, eorumque iudicium petitum est, an pro reformatione Conuentus essent congrua, & apta, & responderũt, esse: ergo iudicant expedire nõ tantum seipsos, sed alios Fratres Conuentus huius, ad eorum obseruantiam obligandos esse, atque adeo, iuxta regulam, *quod semel placuit amplius displicere non potest*, malè se excusant, quod non intenderint alios per dicta statuta, obligare; intenderant enim eos obligare approbando dicta statuta, tanquam congrua, &

apta reformationi Conuentus, quod tantum ab eis petebatur. Neque enim intendere poterant, alios obligare legem ferendo, quia non habuerunt votum decisiuum, sed tantum consultiuum, & hoc ipsum, non de iure, sed de gratia: Nulli enim discreti Conuentuum in toto ordine habent suffragium ad leges, vel statuta condenda, vel abroganda: & si huius Conuentus discreti, vel ab Ordine, vel à Pontifice priuilegium haberent ad talia, hac occasione proculdubio ostendendum erat, sed nusquam apparere potuit.

Occurrit aliud dictorum Patrum effugium, quo dicunt, se subscripsisse, & approbasse dicta statuta per præfatam censuram, id tamen non esse factum per actum discretorij, seu cum solemnitate discretoriali. Sed certè hæc præcisio nimis Metaphisica, nullius videtur esse momēti. Tantum enim petebatur ipsorum votum consultiuum, seu iudicium de congruitate dictorum statutorum, pro Conuentus reformatione; & prout ipsis videbatur secundū Deum, & conscientiam, censuerunt vt supra: impertinens ergo est quod intra, vel extra discretoriū id factum sit, nisi dicas aliam eos habere consciētiam intra, aliam extra discretorium. Non nego plurimū referre, aliquid approbari, in forma iudicij publici, vel authoritate priuata: sed dicta statuta non subesse tali iudicio discretorū, vt possint authoritatiuè ea approbare, vel reprobare, iam ostendi. 12

Appendix seu tractatulus, quo soluuntur communiora argumenta, quæ fieri solent contra reformationem modo incepta, à fautoribus deformationis.

Soluitur argumentum quo concluditur Fratres non teneri ad reformationem, quia non intenderunt se obligare, nisi ad modum viuẽdi aliorum, & explicatur qualis intentio sufficit ad professionem obligantem ad totam Regulam.

1 ARgumenta communia quibus vtuntur recusantes reformationem sunt sequentia, vel similia, quæ & sæcularibus omnis generis inculcarunt. Primum quod viderunt tempore sui nouitiatus, & ante, omnes fratres passim calceatos incedere camisijs lineis, caligis bracchatis, & diploidibus vti, equitare, & pecunias secum portare, communitatem rerum non seruare &c. Et quod ipsi vouentes regulam, intenderunt se obligare tantũ ad eã seruandamq́ secundum illũ modũ viuendi aliorũ,

quibuſcūm vixerūt, & prout ſeruari viderunt.

2 Reſpondetur eos non promiſiſſe, nec vouiſſe Deo ſe obſeruaturos modum viuendi aliorum fratrum, ſed regulam S. Franciſci per hæc verba, *voueo & promitto Deo &c. Seruare regulam fratrum Minorum &c.* Ergo cum hæc Regula prohibeat calceamenta, camiſias, diploides, caligas bracchatas, equitationem, pecuniam &c. Ab his tenentur abſtinere omnes qui eam vouerunt, eſto viderint alios hæc non feciſſe. Vide de hoc Cordubam in Regulam c. 4. q. 15. qui bene probat ex iure, & communi Doctorum, vſum non obſeruandi, non excuſare profitentem. Neque hic prætexere poſſunt ignorantiam, quia ſingulis ferijs ſextis dicta Regula coram toto Conuentu publicè legitur, idque ab ipſis Nouitijs, ſi in Conuentu ſint.

Vſus non obſeruādi non excuſat fratres.

3 At dices, eſto intellexerint verba Regulæ, putaſſe non obligare ſub peccato, quia viderunt alios, non obſeruaſſe, quæ regula præſcribit, & ſic non teneri. Reſpondetur, in nullo Conuentu haberi huius obligationis, probabilem ignorantiam, tum quia in ſingulis communiter reperiuntur aliqui qui ſuam Regulam ſeruare ſatagunt, & de non obſeruantibus durius loquuntur; tum etiam, quia ex collatione, & conferentia cum Reuerendis Patribus Capucinis, & Recollectis, & eorundem cum Obſeruantibus, ſeu Cordigeris oppoſitione, hæc obligatio Regulæ paſſim innoteſcit; tum tertio, quia tot libelli vulgari idiomate ſcribuntur de hac Regula, eiuſque obligatione, qui

Nullibi inordinè datur ignorantia inuincibilis regulæ, vel præceptorum eius.

manibus omnium passim teruntur, vt contingere non possit, nouitiũ, toto anno suæ probationis, vel antea, nihil de ea intellexisse. Quod si audiuit, & non examinàuit debite, an sic se res haberet necne, ignorantia fuit culpabilis, quæ non excusat, quia non tollit voluntarium, aliàs nullum peccatum committeretur ex ignorantia culpabili.

Dices si sciret, Nouitius dum voueret, se obligandum ad omnia præcepta Regulæ sub peccato, non vouisset, atque adeo ad ea non tenetur.

Quid retraheret à vouẽdo non tollit votum factum.

Respondetur, iam dixi ignorantiam fuisse culpabilem, quę minimè excusat. Secundo dico nõ valere consequentiam, si hoc, vel illud sciuissem, rem hanc non fecissem; ergo non tenet actio; alioquin nihil esset firmum in actionibus humanis, vel cōtractibus, quæ ferè sem-
4 per ita fiunt, vt si hæc, vel illa præscirētur, non fierent. Verbi gratia, si scirem tales merces in copia huc asportandas non emissem similes, quas tamen emi. Si scirem tot tantosque labores subeundos peditando, non vendidissem equum. Tenet tamen emptio, & venditio, & sic de alijs, de quo vide vasq. 1. 2. disp. 30. c. 4. n. 24. 25. Vaẽltia. 2. 2. d. 6. q. 6. p. 4. Cordub. supra, & q. 4. introductoria in Reg.

Inconsideratio dificultatum, non tollit voti obligationem.

Tertio dico, quod inconsideratio difficultatum, & circumstantiarum rei promissæ, modo habita sit deliberatio, quæ sufficit ad peccatum mortale, non irritat votum, sed sibi imputet, qui rem non benè penetratam promisit, ita Caiet. 2. 2. q. 88. ar. 3. col. pen. Et summa

verbo, votum, c.pen. Arm. ibi. n. 11. Soto l. 7. de iust. q. 2. ar. 1. ad 3. Mol. 2. de iust. d. 272. col. 5. quos citat & sequitur Sanch. in decal. lib. 4. c. 2. num. 10. 5

Nec obstat regula quam quidam doctores assignant, nempe. *Id liberat à voti & iuramenti obligatione, quod si à principio accidisset, vel innotuisset, impediret, ne fierent.* Quia non intelligitur de impedimento voluntatis vouentis, quasi quicquid eam à vouendo retraxisset, si præsciretur, excuset ab eius obligatione: sed intelligitur de materia voti, vt quidquid ante votũ, redderet materiam malam, indifferentem, impossibilem, vel maioris boni impeditiuam, si post superueniat, idem præstet, & tollat voti obligationem. V. g. sicut votum eundi peditando Hierusalem, factum à claudo, nullum est: ita si fiat à non claudo, non obligabit si superueniat claudicatio, quia hæc facit materiam impossibilem. Ita Caiet. Soto. Valentia citati, Garcia de contract. 1. p. c. 3. f. 56. Sa. verb. votũ num. 19. Sanch. supra num. 23.

Id liberat à voto, quod ab initio impediret, si occurreret, explicatur.

6 Hæc, etiam de voto simplici in quo sunt minus certa, & à cuius obligatione facilius quis eximi potest, procedunt: loquendo autem de voto solemni, dico nullam ignorantiam irritare illud, vel eius obligationem tollere, nisi erretur in substantia Regulę, vt si voueres Regulam S. Augustini putans esse Regulã S. Francisci, vel è contra. Licet enim votum simplex & sponsalia, ex dolo, vel errore causæ finalis, circunstantiarum, vel difficultatum, sæpe sint irrita: tamen votum solemne, & matrimonium

Nulla ignorantia nisi sit circa substã-tiam regulæ annullat professionem.

nunquam sic irritantur. Habetur c. fin. 20. q. 3. vbi tenet professio dolo Monachorum facta. Idem habetur c. ex parte de conuers. coniug. ratio est, quia voluntas tendens in statũ fixum, & imobilem, censetur tendere in illum simpliciter, & absolutè, & independenter, à quibuscumque rebus quæ non sunt ipsa substantia status, nisi expressa ponatur conditio: alioquin nullum esset matrimonium, vel professio firma: quia vt plurimum post hæc facta, aliqua occurrunt, quæ si fuissent præuisa, vel nota, retraxissent voluntatem ne ea faceret: qnod si hac ratione matrimoniũ solubile declararetur auderem timere, ne plura fierent diuortia vno

7 die, quam connubia integro anno præcedenti. Sicut ergo matrimonium ex ignorantia quarumcumque qualitatum, etiam dolo initum tenet, nisi erretur in persona qua cum contrahitur, ita & professio nisi erretur in Regula, quæ vouetur. Quia vt docet Euerard. in suis Top. *loco à matrimonio spirituali ad carnale, tenet consequentia ab vno ad alterum.* Hanc sententiam tenent, *Syl. verb. Diuortium. q. 22. num. 25. & ibi Arm. num. 16. glossa fi. c. Cum dilectus de his quæ vi. Euerard. supra. Crottus repet. c. in Ciuitate. n. 20. de vsuris. Flamin. de resignat. benefic. lib. 13. q. 3. num. 12.*

Professio dolo inita tenet.

Ex quibus sequitur, in casu nostro, ignorantiam difficultatum Regulæ, vel strictioris obligationis præceptorũ eius, minime irritare professionẽ, sicut nec ignorantia malarum conditionũ. paupertatis, ignobilitatis, deformitatis, & infirmitatis mulieris, irritat matrimonium

cum

cum ea contractum, etiamsi simularit se bonis conditionibus præditam, diuitem, nobilem, fuco pulchram, & sanam. Et ideo sicut tenetur contrahens cum tali vxore, ad iura maritalia, sic tenetur profitens Regulam S. Francisci cũ ignorantia circunstantiarum, & qualitatum, ac difficultatum eius, præstare omnia quæ ad Fratrem Minorem spectant, hoc est, seruare dictam Regulam, secundum eius sensum, ab Ecclesia Dei explicatum.

professus ignorans regulæ obligationem, tenetur eam seruare secundum eius verũ sensum.

8\. Facit ad hoc quod accedens ad Ordines sacros, licet omnino ignoret castitatem eis annexam, teneatur tamen ad castitatem; & si contrahat matrimonium, nihil efficiat, vt tenent omnes Doctores, idque ex vi voti, vt volunt Alsor. l. 13. Mor. c. 14. q. 10. Card. c. cum olim de cler. con. fi. & ibi Imola n. 7. Ricard. 4. d. 37. ar. 1. q. 1. Palud. d. 38. q. 2. Nau. c. 22. n. 25. Palacius 4. d. 37. disp. vn. con. 3. Item talis tenebitur ad recitandum officium, quantumuis ignorauerit tale onus annexum Ordinibus sacris; quia volens aliquid, vult ei annexa, etiam ignota: & qui vult antecedens, vult consequens l. 1. §. 1. ff. si vsusfruct. petat. Ergo in casu nostro volens esse frater minor absolutè, ex vi talis voti, vult omnia necessario annexa tali statui, & consequenter tenetur ad præcepta regulæ Minoriticæ; dicere autem aliquos posse esse Fratres Minores, & non teneri ad regulam Minoriticam, quæ est ratio constitutiua Fratris Minoris; est dicere dari posse album sine albedine, vel hominem sine rationalitate. Plura hic dicenda essent ad perfectam huius

Ordines accipiens ignorans castitatẽ annexã, ad eam tenetur.

materiæ explicationem, quæ breuitas tractatuli non patitur.

Soluitur argumentum desumptum ex consuetudine non seruandi Regulam.

SEcundum argumentum ſumitur à conſuetudine, qua aufertur obligatio legis:vbi ergo conſuetudo eſt non ſeruandi præcepta Regulæ, excuſat ab eorum obligatione.

Reſpondetur, primò conſuetudinem excuſatiuam à legis obligatione, debere eſſe rationabilem: ſed irrationabile videtur regulam Deo promiſſam non obſeruare, & conſuetudo eam non obſeruandi, corruptela potius dicenda videtur.

Secundo, præcepta Regulæ, eſto vota formalia non ſint, ex vi voti ſolemnis ligant, contra quod nulla conſuetudo valet, ſicut nec cõtra votum ſimplex, ita Hoſt. & Ioannes Andreas: in c. cum ad Monaſterium de ſtat. Mon. Vmbertus in prologo conſtit. ord. prædic. Confirmatur, contra præcepta regulæ, nulla valet conſtitutio ordinis, ergo nec conſuetudo eius.

Tertiò, vt conſuetudo valeat, debet eſſe præſcripta; at ſingulis Capitulis, & congregationibus generalibus, quæ ferè ſingulis trienniis

habentur, renouantur constitutiones, pro Regulæ nostræ Obseruatione, per quod interrumpitur consuetudo contraria.

Quartò, consuetudo debet esse tolerata per superiorem potentem in præceptis Regulæ dispensare, vel saltem per maiorem partem communitatis introducta: at non toleratur dicta consuetudo, cum singulis Capitulis oppositum statuitur, & toleratio superiorum Ordinis in quibusdā tantum præceptis, scilicet quæ dispensare potest, allegari posset, nec introducta est nisi in paucis Prouinciis Ordinis.

Quintò, in dubio consuetudo præsumitur irrationabilis, secūdū Rochum sect.7.n.14. ex c. fi. de consuet. & c. 3. de eo qui mit.in poss: & prædicta consuetudo, satem dubia est, si non manifestè mala.

Sed demus aliquid consuetudini in hac partè, neque negauerim in aliquibus excusasse eos qui deformationem tollere non potuerūt: saltem habeo quando occurrit occasio reformationis, omnes sub pœna damnationis æternæ, teneri eam amplecti, quia nulla consuetudo vel præscriptio valet contra obedientiam, cuius virtute fit reformatio. Quod vero ita teneantur habetur expresse ex Trid. ss. 25. c. 1. & in eo conueniunt omnes Doctores. vide Nau.c. nullam 18.q.2. & Roderic. 2.to.q.74. ar. 3. Reginal.lib.18. n.399. Maior.4.d.38. q.2. imo communiter tenetur, etiam vltra Regulam, austeritates posse imponi religiosis, si ad bene esse regulæ, spectent; sicut imposita est clausura Monialibus, & facta est reformatio

Religiosi sub pœna damnationis teneantur acceptare reformationem iuxta suā regulam.

Conuentualium ad obſeruantiam, quam non vouerunt: de quo Roderic. tom.3 q. 52. a. 16. Hoſt. c. in parte fi. Et c. dudum de conuerſ. coniug. late Ioannes de Neapoli 1. p. q. 97. & 2. p. q. 30. tractans expreſsè de iis qui ingreſſi ſunt ordinem deformatum. Ioannes Nider in ſuo libro de reformatione citans alios. Raymundus in ſumma tit. 8. de voto §. 2. & habetur c. cum dilectus de eo quod met. cauſa. c. conſtituit. 20. q. 3.

Pater Magiſter Huguenoyt, qui doctè ſuo libello excuſare conatur, modum viuendi Obſeruantium ſeu Cordigerorum in Gallia, quorum tamen multi cenſentur deformati, huic noſtræ aſſertioni minime refragatur: tum quia præcipuè ſe fundat in Superiorum tolerantia, tum etiam quia authores quos citat Nauar. & Reginald. eſto excuſent inter deformatos viuentes, in quibuſdam, tamen docent eos, teneri ad reformationem, amplectendam: tum tertiò, quia epiſtolâ ad Reuerendiſſimum Patrem noſtrum Generalem 28. Ian. datâ, offert ſe promptiſſimum, ad capeſcendam reformationem, quam aſſerit à nullo tuta conſcientia reſpui poſſe: in quo cum ipſo conueniunt omnes Magiſtri noſtri Minoritæ in Galliis, qui non tantum de doctrina, ſed etiam de regulari diſciplina, bene audiunt.

Soluitur argumentum contra nuditatem pedum adductum, quod impediet prædicationem, ſaltem ruralem tempore hyemis, & oſtenditur eſſe ad oppoſitum, & dictam nuditatem prædicationi Euangelij maxime congruere.

ALiud argumentum, Magnatibus, Prælatis, & Conſiliariis multis, à reformationis aduerſariis, diligenter inculcatum, quod nuditas pedum, ſine qua non ſtat reformatio, impediet prædicationem ruralem, maximè tempore hiemis, quod cedet in maximum reipublicæ, & animarum damnum. 1.

Reſpondetur hanc obiectionem contra ipſum Saluatorem, & diſcipulos eius militare, qui nudis pedibus Euangelium prædicarunt, ſandalijs contenti: prohibita ſunt Apoſtolis calceamenta. Mat. 10. & permiſſa ſandalia Mar. 6. & Beda in id act. 12. *Calcea te caligas; pro caligis* (inquit) *Græcus habet ſandalia. Diſcipuli* (inquit Hieron. ad Euſtochium) *ſine calceamentorum onere, & vinculis pellium; ad prædicationem Euangelij deſtinantur. Milites veſtimentis Chriſti ſorte diuiſis, caligas non habebant quas tollerent: nec poterat habere Dominus, quod*

Apoſtoli & diſcipuli, nudis pedibus, prædicarūt, ſandalijs contenti.

Ipse Saluator nudis pedibus incedebat. *prohibuerat seruis.* Vide plura apud D. Bonauenturam in c. 2. Regulæ, vbi argumentum hoc,in terminis positum,soluit sic. *Sed quidam sensui suo inuitentes, & ipsum Christi sensui præferentes* (nota qui facis hoc argumentum) *di-*
2. *cunt melius esse pro doctrina veritatis, calceatum esse, quam discalceatum, ne impediatur verbum Dei: sed attendant illi, quod nulla forma aptior est Euangelij propagandi, quam illa in qua fuit toti orbi prædicatum: hoc autem factum est nudis pedibus.* Vnde Hieron. *fateor pœnam esse asperam pedum nuditatem.* Et infra: *tamen ipsi fratres cum Apostolo in frigiditate, & nuditate ibant gaudentes, nec algoribus hiemis, nec ardoribus æstatis, hactenus dimiserunt, quia nudis pedibus adirent remotissimas partes mundi.* Non audeo verbum de meo, solutioni Seraphici Doctoris adiungere: rogo, non audeant aduersarij, suum sensum, ipsius, imo Christi (ipso teste) sensui, præferre.

3. De paganis legimus, quod tempore afflictionis nudis pedibus incedebant, vt refert Tertul. in Apologet. Petrus Damianus in vita Eremitarum refert eos pedibus, & cruribus nudis incessisse. Cassianus ait Monachos Ægypti semper nudis pedibus, nisi media nocte & meridie, incedere solitos. De Dauide pœnitentiam agente, legimus 2. Reg. 15. quod *ascendebat cliuum oliuarum flens, nudis pedibus, & aperto capite*, quare ergo frater minor, pœnitentiæ statu assumpto, nuditatem pedum, Deo promissam refugit? alij pœnè omnes reformati, cuiuscumque sint Ordinis, nudis pedi-

Pagani tempore afflictionis nudis pedibus incedebant.

bus incedunt, ad id ex vi Regulæ, vel sub graui culpa, minimè obligati, & frater minor ex Regula, & sub culpa mortali, ad nuditatē pedum obligatus, calceatus incedet? Vnde alij Ordines pedum nuditatem didicerunt, nisi à S. Francisco, eiusque filijs? Et tamen aduersarij reformationis volunt discipulos esse super magistrum. *Nuditatē pedū alij ordines à S. Francisco acceperunt.*

Neque mihi dicant, quidam suo sensui nimis adhærentes, Fratres in initio Ordinis calceatos incessisse, quia verum non est; legant explicationem quatuor Magistrorum paulò pòst mortem Sancti fundatoris factam, expositionem S. Bonauenturæ, quæ proximè successit, Hugonis, Bartholomæi Pisani, & variorum summorum Pontificum, inuenient semper in corpore Ordinis nuditatem pedum obseruatam, vbi Regulæ obseruantia in prætio erat. Cantiprat. l. 2. apum. c. 3. §. 2. *de fratribus Minoribus quid dicam? qui dum cincti funiculo, induti tunica super nudo, pedibus nudis super niuem gelidam, quasi super lanam, deambulant, & panem suum quotidie, quasi pauperes emendicant.* 4. *Pedū nuditas ab initio ordinis cœpit.*

Adeò nuditas pedum appropriata est Fratribus minoribus Regulæ obseruatoribus, quod inde in variis partibus, vocati fuerint, & modo vocentur nudipedes. De Brocardo Fratre Minore Episcopo Moguntino, tritum est epitaphum, *Nudipes antistes, non curat Clerus vbi stes &c.* De Scoto, in quodam vetusto manuscripto in primum sententiarū, quod habetur in Collegio Caij in vniuersitate Cantabrigiēsi, in Anglia, inter alia habentur sequētes versus. *Obseruātes nudipedes vocantur in quibusdā partibus.*

Ex quibus, non ſatis mirari poſſum, quod modus procedendi tam ſuauis, & ſincerus, arguatur, & impugnetur, & quidem ab ipſis, qui præfatam cenſuram approbatiuam, dictis ſtatutis adiunxerunt. At reſpondent ſe non improbare, nec impugnare dicta ſtatuta ratione ſuarum perſonarum, ſed propter alios, qui ea ferre non poſſunt, & ideo in ſua cenſura explicaſſe, ſe non intendere alios obligare.

Verum, quis non videt hoc effugium inane eſſe? In cenſura dicunt ſtatuta præfata, eſſe veteribus conformia, apta & congrua pro reformatione huius Conuentus: ſi veteribus conformia, non eſt quod conquerantur de Reuerendiſſimo P. Generali præſenti, ſed magis de præteritis Generalibus, qui vetera ſtatuta ediderunt. Si apta & congrua pro reformatione Conuentus; ergo alios intenderunt per hæc obligandos, vel nomine Conuentus tantummodo ſemetipſos quatuor (hi tantum adiungi fecerunt illam particulam ad finem cenſuræ) intellexerunt, quod irrationabile eſt. Commiſſa ſunt eis ſtatuta reuidenda, & examinanda, eorumque iudicium petitum eſt, an pro reformatione Conuentus eſſent congrua, & apta, & reſponderũt, eſſe: ergo iudicant expedire nõ tantum ſeipſos, ſed alios Fratres Conuentus huius, ad eorum obſeruantiam obligandos eſſe, atque adeo, iuxta regulam, *quod ſemel placuit amplius diſplicere non poteſt*, malè ſe excuſant, quod non intenderint alios per dicta ſtatuta, obligare; intenderant enim eos obligare approbando dicta ſtatuta, tanquam congrua, &

apta reformationi Conuentus, quod tantum ab eis petebatur. Neque enim intendere poterant, alios obligare legem ferendo, quia non habuerunt votum decisiuum, sed tantum consultiuum, & hoc ipsum, non de iure, sed de gratia: Nulli enim discreti Conuentuum in toto ordine habent suffragium ad leges, vel statuta condenda, vel abroganda: & si huius Conuentus discreti, vel ab Ordine, vel à Pontifice priuilegium haberent ad talia, hac occasione proculdubio ostendendum erat, sed nusquam apparere potuit.

Occurrit aliud dictorum Patrum effugium, quo dicunt, se subscripsisse, & approbasse dicta statuta per præfatam censuram, id tamen non esse factum per actum discretorij, seu cum solemnitate discretoriali. Sed certè hæc præcisio nimis Metaphisica, nullius videtur esse momēti. Tantum enim petebatur ipsorum votum consultiuum, seu iudicium de congruitate dictorum statutorum, pro Conuentus reformatione; & prout ipsis videbatur secundū Deum, & conscientiam, censuerunt vt supra: impertinens ergo est quod intra, vel extra discretoriū id factum sit, nisi dicas aliam eos habere consciētiam intra, aliam extra discretorium. Non nego plurimū referre, aliquid approbari, in forma iudicij publici, vel authoritate priuata: sed dicta statuta non subesse tali iudicio discretorū, vt possint authoritatiuè ea approbare, vel reprobare, iam ostendi. 12

Appendix seu tractatulus, quo soluuntur communiora argumenta, quæ fieri solent contra reformationem modo incepta, à fautoribus deformationis.

Soluitur argumentum quo concluditur Fratres non teneri ad reformationem, quia non intenderunt se obligare, nisi ad modum viuēdi aliorum, & explicatur qualis intentio sufficit ad professionem obligantem ad totam Regulam.

1 ARgumenta communia quibus vtuntur recusantes reformationem sunt sequentia, vel similia, quæ & sæcularibus omnis generis inculcarunt. Primum quod viderunt tempore sui nouitiatus, & ante, omnes fratres passim calceatos incedere camisijs lineis, caligis bracchatis, & diploidibus vti, equitare, & pecunias secum portare, communitatem rerum non seruare &c. Et quod ipsi vouentes regulam, intenderunt se obligare tantū ad eā seruandam secundum illū modū viuendi aliorū,

quibuſcum vixerũt, & prout ſeruari viderunt.

Reſpondetur eos non promiſiſſe, nec vouiſſe Deo ſe obſeruaturos modum viuendi aliorum fratrum, ſed regulam S. Franciſci per hæc verba, *voueo & promitto Deo &c. ſeruare regulam fratrum Minorum &c.* Ergo cum hæc Regula prohibeat calceamenta, camiſias, diploides, caligas bracchatas, equitationem, pecuniam &c. Ab his tenentur abſtinere omnes qui eam vouerunt, eſto viderint alios hæc non feciſſe. Vide de hoc Cordubam in Regulam c. 4. q. 15. qui bene probat ex iure, & communi Doctorum, vſum non obſeruandi, non excuſare profitentem. Neque hic prætexere poſſunt ignorantiam, quia ſingulis ferijs ſextis dicta Regula coram toto Conuentu publicè legitur, idque ab ipſis Nouitijs, ſi in Conuentu ſint. 2 *Vſus non obſeruãdi non excuſat fratres.*

At dices, eſto intellexerint verba Regulæ, putaſſe non obligare ſub peccato, quia viderunt alios, non obſeruaſſe, quæ regula præſcribit, & ſic non teneri. Reſpondetur, in nullo Conuentu haberi huius obligationis, probabilem ignorantiam, tum quia in ſingulis communiter reperiuntur aliqui qui ſuam Regulam ſeruare ſatagunt, & de non obſeruantibus durius loquuntur; tum etiam, quia ex collatione, & conferentia cum Reuerendis Patribus Capucinis, & Recollectis, & eorundem cum Obſeruantibus, ſeu Cordigeris oppoſitione, hæc obligatio Regulæ paſſim innoteſcit; tum tertio, quia tot libelli vulgari idiomate ſcribuntur de hac Regula, eiuſque obligatione, qui 3 *Nullibi in ordine datur ignorantia inuincibilis regula, vel præceptorum eius.*

manibus omnium passim teruntur, vt contingere non possit, nouitiū, toto anno suæ probationis, vel antea, nihil de ea intellexisse. Quod si audiuit, & non examinauit debite, an sic se res haberet necne, ignorantia fuit culpabilis, quæ non excusat, quia non tollit voluntarium, aliàs nullum peccatum committeretur ex ignorantia culpabili.

Dices si sciret, Nouitius dum voueret, se obligandum ad omnia præcepta Regulæ sub peccato, non vouisset, atque adeo ad ea non tenetur.

Quod retraheret à vouēdo non tollit votum factum.

Respondetur, iam dixi ignorantiam fuisse culpabilem, quę minimè excusat. Secundo dico nō valere consequentiam, si hoc, vel illud sciuissem, rem hanc non fecissem; ergo non tenet actio; alioquin nihil esset firmum in actionibus humanis, vel cōtractibus, quæ ferè semper ita fiunt, vt si hæc, vel illa præscirētur, non fierent. Verbi gratia, si scirem tales merces in copia huc asportandas non emissem similes, quas tamen emi. Si scirem tot tantosque labores subeundos peditando, non vendidissem equum. Tenet tamen emptio, & venditio, & sic de alijs, de quo vide vasq.1.2.disp. 30. c.4. n.24.25. Vaelτia.2.2.d.6.q.6.p.4.Cordub.supra, & q.4. introductoria in Reg.

4

Inconsideratio dificultatum, non tollit voti obligationem.

Tertio dico, quod inconsideratio difficultatum, & circumstantiarum rei promissæ, modo habita sit deliberatio, quæ sufficit ad peccatum mortale, non irritat votum, sed sibi imputet, qui rem non benè penetratam promisit, ita Caiet.2.2.q.88.ar.3. col.pen. Et summa

verbo, votum, c.pen. Arm. ibi. n. 11. Soto l. 7. de iust. q. 2. ar. 1. ad 3. Mol. 2. de iust. d. 272. col. 5. quos citat & sequitur Sanch. in decal. lib. 4. c. 2. num. 10.

5 Nec obstat regula quam quidam doctores assignant, nempe. *Id liberat à voti & iuramenti obligatione, quod si à principio accidisset, vel innotuisset, impediret, ne fierent.* Quia non intelligitur de impedimento voluntatis vouentis, quasi quicquid eam à vouendo retraxisset, si præsciretur, excuset ab eius obligatione: sed intelligitur de materia voti, vt quidquid ante votũ, redderet materiam malam, indifferentem, impossibilem, vel maioris boni impeditiuam, si post superueniat, idem præstet, & tollat voti obligationem. V. g. sicut votum eundi peditando Hierusalem, factum à claudo, nullum est: ita si fiat à non claudo, non obligabit si superueniat claudicatio, quia hæc facit materiam impossibilem. Ita Caiet. Soto. Valentia citati, Garcia de contract. 1. p. c. 3. f. 56. Sa, verb. votũ num. 19. Sanch. supra num. 23. *Id liberat à voto, quod ab initio, impediret, si occurreret, explicatur.*

6 Hæc, etiam de voto simplici in quo sunt minus certa, & à cuius obligatione facilius quis eximi potest, procedunt: loquendo autem de voto solemni, dico nullam ignorantiam irritare illud, vel eius obligationem tollere, nisi erretur in substantia Regulę, vt si voueres Regulam S. Augustini putans esse Regulã S. Francisci, vel ècontra. Licet enim votum simplex & sponsalia, ex dolo, vel errore causæ finalis, circunstantiarum, vel difficultatum, sæpe sint irrita: tamen votum solemne, & matrimonium

Nulla ignorantia nisi sit circa substātiam regula annullat professionem.

nunquam sic irritantur. Habetur c. fin. 20. q. 3. vbi tenet professio dolo Monachorum facta. Idem habetur c. ex parte de conuers. coniug. ratio est, quia voluntas tendens in statū fixum, & imobilem, censetur tendere in illum simpliciter, & absolutè, & independenter, à quibuscumque rebus quæ non sunt ipsa substantia status, nisi expressa ponatur conditio: alioquin nullum esset matrimonium, vel professio firma: quia vt plurimum post hæc facta, aliqua occurrunt, quæ si fuissent præuisa, vel nota, retraxissent voluntatem ne ea faceret: quod si hac ratione matrimoniū solubile declararetur auderem timere, ne plura fierent diuortia vno die, quam connubia integro anno præcedenti.

7 Sicut ergo matrimonium ex ignorantia quarumcumque qualitatum, etiam dolo initum tenet, nisi erretur in persona qua cum contrahitur, ita & professio nisi erretur in Regula, quæ vouetur. Quia vt docet Euerard. in suis Top. *loco à matrimonio spirituali ad carnale, tenet consequentia ab vno ad alterum.* Hanc sententiam tenent, *Syl. verb. Diuortium. q. 22. num. 25. & ibi Arm. num. 16. glossa fi. c. Cum dilectus de his quæ vi. Euerard. supra. Crottus repet. c. in Ciuitate. n. 20. de vsuris. Flamin. de resignat. benefic. lib. 13. q. 3. num. 12.*

Professio dolo inita tenet.

Ex quibus sequitur, in casu nostro, ignorantiam difficultatum Regulæ, vel strictioris obligationis præceptorū eius, minime irritare professionē, sicut nec ignorantia malarum conditionū. paupertatis, ignobilitatis, deformitatis, & infirmitatis mulieris, irritat matrimonium

cum

cum ea contractum, etiamsi simularit se bonis conditionibus præditam, diuitem, nobilem, fuco pulchram, & sanam. Et ideo sicut tenetur contrahens cum tali vxore, ad iura maritalia, sic tenetur profitens Regulam S. Francisci cũ ignorantia circunstantiarum, & qualitatum, ac difficultatum eius, præstare omnia quæ ad Fratrem Minorem spectant, hoc est, seruare dictam Regulam, secundum eius sensum, ab Ecclesia Dei explicatum.

Professus ignorans regulæ obligationem, tenetur eam seruare secundum eius verũ sensum.

8. Facit ad hoc quod accedens ad Ordines sacros, licet omnino ignoret castitatem eis annexam, teneatur tamen ad castitatem; & si contrahat matrimonium, nihil efficiat, vt tenent omnes Doctores, idque ex vi voti, vt volunt Assor. l. 13. Mor. c. 14. q. 10. Card. c. cum olim de cler. con. fi. & ibi Imola n. 7. Ricard. 4. d. 37. ar. 1. q. 1. Palud. d. 38. q. 2. Nau. c. 22. n. 25. Palacius 4. d. 37. disp. vn. con. 3. Item talis tenebitur ad recitandum officium, quantumuis ignorauerit tale onus annexum Ordinibus sacris; quia volens aliquid, vult ei annexa, etiam ignota: & qui vult antecedens, vult consequens l. 1. §. 1. ff. si vsusfruct. petat. Ergo in casu nostro volens esse frater minor absolutè, ex vi talis voti, vult omnia necessario annexa tali statui, & consequenter tenetur ad præcepta regulæ Minoriticæ; dicere autem aliquos posse esse Fratres Minores, & non teneri ad regulam Minoriticam, quæ est ratio constitutiua Fratris Minoris, est dicere dari posse album sine albedine, vel hominem sine rationalitate. Plura hic dicenda essent ad perfectam huius

Ordines accipiens ignorans castitatẽ annexã, ad eam tenetur.

materiæ explicationem, quæ breuitas tractatuli non patitur.

Soluitur argumentum desumptum ex consuetudine non seruandi Regulam.

SEcundum argumentum sumitur à consuetudine, qua aufertur obligatio legis: vbi ergo consuetudo est non seruandi præcepta Regulæ, excusat ab eorum obligatione.

Respondetur, primò consuetudinem excusatiuam à legis obligatione, debere esse rationabilem: sed irrationabile videtur regulam Deo promissam non obseruare, & consuetudo eam non obseruandi, corruptela potius dicenda videtur.

Secundo, præcepta Regulæ, esto vota formalia non sint, ex vi voti solemnis ligant, contra quod nulla consuetudo valet, sicut nec cōtra votum simplex, ita Host. & Ioannes Andreas: in c. cum ad Monasterium de stat. Mon. Vmbertus in prologo constit. ord. prædic. Confirmatur, contra præcepta regulæ, nulla valet constitutio ordinis, ergo nec consuetudo eius.

Tertiò, vt consuetudo valeat, debet esse præscripta; at singulis Capitulis, & congregationibus generalibus, quæ ferè singulis trienniis

habentur, renouantur constitutiones, pro Regulæ nostræ Obseruatione, per quod interrumpitur consuetudo contraria.

Quartò, consuetudo debet esse tolerata per superiorem potentem in præceptis Regulæ dispensare, vel saltem per maiorem partem communitatis introducta: at non toleratur dicta consuetudo, cum singulis Capitulis oppositum statuitur, & toleratio superiorum Ordinis in quibusdã tantum præceptis, scilicet quæ dispensare potest, allegari posset, nec introducta est nisi in paucis Prouinciis Ordinis.

Quintò, in dubio consuetudo præsumitur irrationabilis, secũdũ Rochum sect.7.n.14. ex c. fi. de consuet. & c. 3. de eo qui mit. in poss. & prædicta consuetudo, satem dubia est, si non manifestè mala.

Sed demus aliquid consuetudini in hac parte, neque negauerim in aliquibus excusasse eos qui deformationem tollere non potuerũt: saltem habeo quando occurrit occasio reformationis, omnes sub pœna damnationis æternæ, teneri eam amplecti, quia nulla consuetudo vel præscriptio valet contra obedientiam, cuius virtute fit reformatio. Quod vero ita teneantur habetur expresse ex Trid. ss. 25. c. 1. & in eo conueniunt omnes Doctores. vide Nau. c. nullam 18. q. 2. & Roderic. 2. to. q. 74. ar. 3. Reginal. lib. 18. n. 399. Maior. 4. d. 38. q. 2. imo communiter tenetur, etiam vltra Regulam, austeritates posse imponi religiosis, si ad bene esse regulæ, spectent; sicut imposita est clausura Monialibus, & facta est reformatio

Religiosi sub pœna damnationis tenentur acceptare reformationem iuxta suã regulam.

Conuentualium ad obſeruantiam, quam non vouerunt: de quo Roderic. tom.3 q. 52.a.16. Hoſt. c. in parte fi. Et c. dudum de conuerſ. coniug. late Ioannes de Neapoli 1.p. q. 97.& 2. p.q.30. tractans expreſsè de iis qui ingreſſi ſunt ordinem deformatum. Ioannes Nider in ſuo libro de reformatione citans alios. Raymundus in ſumma tit. 8. de voto §. 2. & habetur c. cum dilectus de eo quod met. cauſa. c. conſtituit. 20.q.3.

Pater Magiſter Huguenoyt, qui doctè ſuo libello excuſare conatur, modum viuendi Obſeruantium ſeu Cordigerorum in Gallia, quorum tamen multi cenſentur deformati, huic noſtræ aſſertioni minime refragatur: tum quia præcipuè ſe fundat in Superiorum tolerantia, tum etiam quia authores quos citat Nauar. & Reginald. eſto excuſent inter deformatos viuentes, in quibuſdam, tamen docent eos, teneri ad reformationem, amplectendam: tum tertiò, quia epiſtolâ ad Reuerendiſſimum Patrem noſtrum Generalem 28. Ian. datâ, offert ſe promptiſſimum, ad capeſcendam reformationem, quam aſſerit à nullo tuta conſcientia reſpui poſſe: in quo cum ipſo conueniunt omnes Magiſtri noſtri Minoritæ in Galliis, qui non tantum de doctrina, ſed etiam de regulari diſciplina, bene audiunt.

Soluitur argumentum contra nuditatem pedum adductum, quod impediet prædicationem, saltem ruralem tempore hyemis, & ostenditur esse ad oppositum, & dictam nuditatem prædicationi Euangelij maxime congruere.

ALiud argumentum, Magnatibus, Prælatis, & Consiliariis multis, à reformationis aduersariis, diligenter inculcatum, quod nuditas pedum, sine qua non stat reformatio, impediet prædicationem ruralem, maximè tempore hiemis, quod cedet in maximum reipublicæ, & animarum damnum. 1.

Respondetur hanc obiectionem contra ipsum Saluatorem, & discipulos eius militare, qui nudis pedibus Euangelium prædicarunt, sandalijs contenti: prohibita sunt Apostolis calceamenta. Mat. 10. & permissa sandalia Mar. 6. & Beda in id act. 12. *Calcea te caligas; pro caligis* (inquit) *Græcus habet sandalia. Discipuli* (inquit Hieron. ad Eustochium) *sine calceamentorum onere, & vinculis pellium, ad prædicationem Euangelij destinantur. Milites vestimentis Christi sorte diuisis, caligas non habebant quas tollerent: nec poterat habere Dominus, quod*

Apostoli & discipuli, nudis pedibus, prædicarūt, sandalijs contenti.

bus incedunt, ad id ex vi Regulæ, vel sub graui culpa, minimè obligati, & frater minor ex Regula, & sub culpa mortali, ad nuditatē pedum obligatus, calceatus incedet? Vnde alij Ordines pedum nuditatem didicerunt, nisi à S. Francisco, eiusque filijs? Et tamen aduersarij reformationis volunt discipulos esse super magistrum. *Nuditatē pedū alij ordines à S. Francisco acceperunt.*

Neque mihi dicant, quidam suo sensui nimis adhærentes, Fratres in initio Ordinis calceatos incessisse, quia verum non est; legant explicationem quatuor Magistrorum paulò pòst mortem Sancti fundatoris factam, expositionem S. Bonauenturæ, quæ proximè successit, Hugonis, Bartholomæi Pisani, & variorum summorum Pontificum, inuenient semper in corpore Ordinis nuditatem pedum obseruatam, vbi Regulæ obseruantia in prætio erat. Cantiprat. l. 2. apum. c. 3. §. 2. *de fratribus Minoribus quid dicam? qui dum cincti funiculo, induti tunica super nudo, pedibus nudis super niuem gelidam, quasi super lanam, deambulant, & panem suum quotidie, quasi pauperes emendicant.* 4. *Pedū nuditas ab initio ordinis cœpit.*

Adeò nuditas pedum appropriata est Fratribus minoribus Regulæ obseruatoribus, quod inde in varijs partibus, vocati fuerint, & modo vocentur nudipedes. De Brocardo Fratre Minore Episcopo Moguntino, tritum est epitaphum, *Nudipes antistes, non curat Clerus vbi stes &c.* De Scoto, in quodam vetusto manuscripto in primum sententiarū, quod habetur in Collegio Caij in vniuersitate Cantabrigiési, in Anglia, inter alia habentur sequētes versus. *Obseruātes nudipedes vocantur in quibusdā partibus.*

Nam sibi subtilis, nomen subtilia donant
Quem vestis vilis, pes nudus, corda coronant.

5\. Vtinam Bacchalaurei Minores, Scoti doctrinam sequentes, eius exemplum in pedum nuditate, paupertate, & totius Regulæ pura obseruantia sequi satagerent. Omitto picturas, & sculpturas antiquas, quæ vbique nuditatem pedum, instituto minorum annexam, docent. neq; hoc argumentum paruipendendum est; quia simili probat Seraphicus Doctor in c. 2. regulæ Apostolos calceatos sâdalijs incessisse.

Cum igitur ex Regula, ex Sanctorum, & Doctorum omnium qui de ea scripserunt, expositione, Pontificum declaratione, antiquorum exemplo, epitaphijs, picturis, sculpturis, & ipso nomine: fratres minores, si saluti consultum volunt, teneantur ad nuditatem pedum, friuolum est ratione prædicationis velle eos ab ea obligatione excusare.

At dices, tempore niuis, & gelu, debent calceari, vel à prædicatione rurali quando per varios pagos excurrendum est, cessare.

Fr. minor quando ratione prædicationis calceatus incedere potest?

6\. Respondeo, Regula nostra, etsi præuaricatoribus grauis sit eam tamen seruare volentibus, & Deum timentibus, suauis est, quia ex medulla Euangelij (quod est iugum Christi suaue) extracta. Videat eo casu discretus superior, & examinet fructum animarum, ex tali prædicatione euenturum, etsi notabilem esse iudicauerit, ne animæ tanto bono priuentur, non solum dispensare, sed & mandare potest, vt subditus calceatus incedat vt prędicet, si frigoris rigor sine notabili periculo cum nu-

ditate pedum, ferri nõ possit. Sed videat etiam ne dispenset cum ijs quorum opera in vinea Domini, non est adeo necessaria, quia non erit dispensatio, sed dissipatio.

Sed replicabitur hac via saltem numerum prædicatorum diminutum iri, & inde etiam animarum damnum oriturum.

Respondeo, præstare paucos habere prędicatores, suæ Regulæ obseruatores quam plures, eiusdem præuaricatores, inter alia hoc discriminis inter regulares deformatos, & reformatos, passim notatum & obseruatum est, quod illi, licet alta, & præclara dicant, & aureis verbis dicta adornent, non sapiunt, corda nõ pungunt: isti, etiam communia, & simplicia dicentes, libenter audiuntur, ad virtutem alliciunt, deuotionem instillant: illi, quamuis boni sint (sicut verè sunt multi inter deformatos viuentes, sed deformationem odio habentes) pro talibus non æstimantur: isti, esto mali sint (sicut verè sunt aliqui, corpore nõ corde, veste non virtute reformati) pro bonis, pijs, & deuotis habentur. In prædicatione verè reformatorum, experientia verificatur illud Greg. Homilia 10. in Ezech. *ad prædicandũ plus conscientia sancti amoris ædificat, quam exercitatio sermonis.* Et illud eiusdem homi. 11. *Ille sermo ab audiente libenter accipitur qui à prædicante, cum compaßione animi profertur, ille loqui veraciter nouit, qui prius benefacere didicit: & tunc verbi semen germinat, quando hoc in audientis pectore, pietas prædicantis rigat.*

7. *Præstat paucos habere prædicatores reformatos, quã plures deformatos.*

Argumentum à nouitate euitanda, non contra, sed pro reformatione facere. Quærentes delitias, & commoda carnis in religione contra institutum religionis, his, in sæculo vt plurimum caruisse.

1. EX his patet aliam obiectionem, quam à varijs, & viris non paruæ notæ, sed status nostri ignaris, reformationi opponi, vidi; nempe nouitatem non admittendam, sed antiquitatem seruandam, pro nobis facere. Ostendi enim, pedum nuditatem, non nouam, sed antiquam esse in ordine minorum; vbi autem deformatio præualuit, & dictã nuditatem, aliasque austeritates expugnauit, & expulit, restitutio in integrum facienda est: & nouitas inde sequens, non vituperanda, sed laudanda venit, quia sanctam antiquitatem restaurans, ius obseruantiæ Regulæ Deo per votum debitum ipsi reddi facit. Spero per Dei gratiam breui Rupellenses aliosque rebelles ad obedientiã completam & perfectum Regi Christianissimo præstandam, compellendos, id hoc sensu, nouum erit: sed sancta nouitas qua ius antiquum pijssimo Monarchæ restituetur, & rebelles subditi in ordinem redigentur.

2. Timeo quia in initio tractatus mentionem feci quorundam Patrum Prouinciæ Franciæ,

& huius magni Cōuentus Parisiensis, aliquem opinaturum, eos in his quæ de nuditate pedum asserui, à me impeti: nihil minus volui, testis mihi conscientia est: Argumentum commune à multis promiscuè obijci solitum, soluere conatus sum, neminem lædere intendo, neminem nomino. Scio vt antea dixi multos esse insignes Patres, & sacræ Theologiæ Doctores, dictæ Prouinciæ alumnos, magno feruore, cū Reuerendissimo Patre Generali per omnia concurrentes, reformationē amplectendam, verbo & exemplo docentes. Vtinam in aliis prouincijs tot tantosque sit habiturus cooperatores: in præfato etiam Conuentu expertus sum plures, inter præcipuos patres reformationi cooperatos fuisse; licet quidam horum contra nuditatem pedum, coram Amplissimis Dominis de supremo Senatu, & quodam libello edito, aliqua obiecerint, ijs quorum causam agebant, condescendentes.

Ego mihi persuadeo præfatos patres à quibusdam importunè sollicitatos, & vi quadam 51
morali, quasi compulsos, contra nuditatem pedum dimicare, vt ea superata tota reformatio, quæ sine illa stare nequit, funditus euerteretur: idem præstiterunt delicatuli isti sollicitatores apud multos, magnosque sæculares, quorum implorabant auxilium, pro tegendis pedibus, tacentes hinc animas denudandas gratia; tacuerunt prȩcepti de nuditate pedum, sub peccato mortali, obligationem, prouidentes neminem corporibus cum animarum perditione, compassurum. Quam verè his qua-

drat illud Ber. in apolog. *Magna abusio, maxima cura est vt corpus regulariter induatur, & contra Regulam suis vestibus anima nuda deseratur.*

Hos & similes, qui cōtra austeritates suæ Regulæ, aduocatos corporum se constituunt, sine temeritate conijcere possum, in sæculo delicatum non habuisse viuendi modum, & in religione delitias quærere, quas in mundo non habebant, & austeritates ac inopiam fugere, quas ibi habebant. De quibus conqueritur Hugo de 12. abusib. *quam detestanda* (inquit) *peruersitas in Monasterio, vt vbi fiunt diuites laboriosi, sint pauperes delicati, qui in sæculo pauperiores vixerant, quam nunc in claustro viuant; qui ante conuersionem lectulum proprium nusquam habebant, nunc si forte voluntas eis fuerit eundi alicubi, ornamenta lectuli secum portant*, ibidem ait, *in claustro camisiis vti, qui foris raro lineis induebantur, & in religione equitare, qui ante conuersionis habitum, pedites ire consueuerant.*

Delicati in religione, vt plurimū, sunt qui in mūdo minime delicate vixissent.

4. De eisdem conqueritur Hieron. ep. ad Heliod: *sunt ditiores monachi quam fuerant sæculares, possident opes sub Christo paupere, quas sub locuplete Diabolo non poterant inuenire; non tamen ideo putent se fœlices, quia inuenerunt victum, & tegumentum, quale foris inuenire nō potuerant, &c.* Et D. Bernard. hom. 4. super *Missus est*, contra eos qui foris fuerunt humiles, & in religione insolescunt. *Plerique* (inquit) *in domo Dei non patiuntur in contemptu haberi, qui in domo sua, non nisi contemptibiles esse poterant*, qui foris rudiori victu contenti essent, sunt qui in claustro, si non fuerint saturati, murmurabunt, *dicentque*

Cōtra monachū delicatum.

(apud eundem D. Bernard.) *legumina ventosa sunt, caseus stomachum grauat, lac capiti nocet; potum aquæ non sustinet pectus, caules nutriunt melancholiam, choleram porri accendunt, pisces de stagno, aut lutosa aqua, meæ penitus complexioni non congruunt*, quibus S. Pater respondet, *puta quæso te monachum esse, non medicum, & non de complexione iudicandum, sed de professione*, ad idem est illud Hier. ep. ad Nepot. *natus in paupere domo, & in tugurio rusticano, qui vix millio & pane cibario rugientē satiare ventrem poteram, nunc similam & mella fastidio.*

Multa similia reperies apud Cassian. & alios, quibus edocemur deformationem religionum plerumque inchoari, & propugnari, ab his qui in sæculo minoris fuerunt, vel esse possent, æstimationis, idque experientia quotidiana palam facit: testes sunt religiosorum prælati, qui rarò habent difficultates, nisi cum similibus, de regularū obseruantia; quod cum sæpius notauerim, eam iudicaui causam esse, quod qui delitias, diuitias, voluptates, vel statum honorabilem, quæ verè in mundo habebant, deseruerunt, dedignantur ea in religione quærere, quodque talibus, qui vocantur tanquam Aaron, pietate, non necessitate motis, Deus abundantiori gratia assistit, vt Regulam ad quam eos vocauit, debitè obseruent; alijs autem necessitate ad Religionem pulsis, non à Deo tractis, tanta gratia nō succurritur: ideo iugum religionis ipsis non suaue, quia non à Christo, sed aliunde impositum, facile excutiunt, & mundana quæ non deseruerunt, quia 5.

Quare plerumq; qui in sæculo minus honorabiles fuerunt, religiones deformāt.

non habuerunt, extra mundum, in clauſtro ſedulò quærunt, & hinc oritur & nutritur deformatio.

6. Inſurget in me aliquis, & oculo non ſimplici interpretabitur per hæc, famam celeberrimi Conuentus lædi; Immo eius famæ conſulitur, palam facta eſt contradictio, & ſpecialiter nuditati pedum, tam ſcripto Regi Chriſtianiſsimo porrecto, quam viua voce coram Ampliſsimis Dominis de ſupremo Senatu: palam etiam proteſtatum eſt à contradicentibus Patribus, ſe loquutos, non pro ſe, quia libenter nudipedes incederent, ſed ad aliorum inſtantiam, quorum corpora (inquiebant) teneriora, dictam nuditatẽ ferre non poterant; cum ergo cõſtet, non omnes hoc petiiſſe, quia multi ijque præcipui, nuditatem pedum approbabant, & iam magna ex parte aſſumebant, iuxta dicta Sanctorum teſtimonia, non ſine cauſa, contradictionis culpam conijcio in eos, qui in ſæculo minus delicati, minuſque honorabiles fuiſſent, digniores & meliori loco natos, excuſans; in quo famam celeberrimi Conuentus, quem magna reuerentia ſuſpicio, propugno, non impugno; nemo diffitebitur tales eſſe in tam magna multitudine, quos obſecro per viſcera miſericordiæ Domini noſtri, & ſtigmata ſacra ſerui eius S. Patris noſtri Franciſci, exhibeant corpora ſua non delicata, ſed mortificata, *hoſtiam viuentem, ſanctam, Deo placentem; rationabile ſit eorum obſequium, & non conformentur huic ſæculo*, vt hactenus, *ſed reformentur in nouitate ſenſus ſui*, amplius

non quærentes corporis commoda, quibus in mundo non abundabant, sed æmulantes charismata meliora; imitentur suos maiores, prælatos, & magistros, præsentes, & præteritos, qui non acquiescentes carni, & sanguini, regulam quam Deo vouerunt, obseruauerunt, & obseruant *sperent in Domino & mutabunt fortitudinem*, *assument pennas* orationis, & confidentiæ in Deum, *vt aquilæ: current & non laborabunt, ambulabunt & non deficient.* Cogitent delicatiores, ditiores, & nobiliores, ad patres Capucinos & Recollectos, aliosque reformatos plerumque confluere, qui tamen nuditatem pedum, aliasque austeritates, non abhorrent, sed auide amplectuntur; quorum exempla sectantes, corpora sua castigantes, & in seruitutem spiritus redigentes, cum ipsis hic inuenient gratiam, & in futuro gloriam.

Aliud argumentum, quod sufficit eis viuere sicut Patres eorum vixerunt.

Respondetur, si loquantur de S. Francisco, Antonio Paduano, Bonauentura, Ludouico, Bernardino, Didaco, aliisque Sanctis. viris, Regulæ veris obseruatoribus, qui nos secũdum Euangelium genuerunt, benè dicunt; sed hos non arrogent sibi Patres, si eorum vestigia non terunt: si filij Abrahæ sunt, opera Abrahæ faciant; si Francisci filios se gloriantur, Regulá eius, quam Deo, & ipsi vouerunt, fideliter obseruent, non audeant dicere Patrem habemus Franciscum, si fructus dignos pœnitentiæ non faciunt; filij carnales, suis parentibus carnaliter assimilantur: spirituales filii spiritualiter Patrẽ referre debent. Qui ergo spiritum Regulæ Seraphicæ non habent, Franciscum Patrem non habẽt, quia non sunt imitatores eius tanquam filii charissimi.

Non sunt filij Francisci qui regulam eius non seruant.

Si verò intelligunt alios Patres; qui inter deformatos vixerunt; Respondetur, multos horũ benè vixisse, quia inter deformatos degentes, sed deformationem odio habentes, fecerunt quod in eis fuit pro Regulæ obseruantia, & zelo zelati sunt pro Domino exercituum, quia, dereliquerunt pactum eius filij Israel, Francisci,

cisci, magni luctatoris, quibuscum viuebant: & desiderio desiderabat cor eorum, reformationem omnium, si possibilis esset. Si instar horum viuere volunt, bene est, quia & se, & alios quãtum in ipsis erit, reformabunt. Si autem Patres suos vocant eos qui regulæ præuaricatores, & prælatis fuere inobedientes, nõ eos imitentur, sed dicant, *peccauimus cum patribus nostris, iniustè egimus, iniquitatem fecimus*: veniant in reformationem, & sibi persuadeant, nisi pœnitentiã egerint, omnes simul perituros. Si patres illi occasionem præsentem reformationis nacti fuissent, verisimile est, reformandos fuisse: de quo quicquid sit, *filius non portabit iniquitatem Patris, neque pater iniquitatẽ filij, anima quæ peccauerit, ipsa morietur*. Qui ex istis patribus sine pœnitentia decesserũt, modo lugent & in æternum; sed infructuosè lugebunt, quorum filij paterna vitia imitantes, eodem luctu plorabũt, quia horrendum *est incidere in manus Dei viuentis; cui displicet stulta & infidelis promissio: mentiri enim Spiritui Sancto* (quod fit præuaricatione Regulæ) *non est mentiri homini sed Deo*, quod graue sacrilegium est, æterno igne luendum. Qui autem non præbent, in die districti iudicij, suo dolore, vera esse quæ dico, experiẽtur, sed serius, & irremediabiliter.

Quos patres imitari debemus vt salui simus

Soluitur argumentum, quo dicitur defuturum victum, & amictum si reformatio fiat.

1 RESpondetur si quæramus primū Regnum Dei, obseruando, quæ ei promisimus, non est quod soliciti simus inordinatè, vel anxiè, quid mãducabimus, vel bibemus. Anima plus est, quam esca: *qui dedit maiora, vitam & corpus, dabit minora, victū & vestes.* ex Glos. super illud, Luc. 12. *Nolite soliciti esse. Iactemus cogitatum nostrum in Dominum, & ipse nos enutriet, qui dat iumentis escam ipsorum, & pullis coruorum inuocantibus eum.* Recordemur diuinæ promissionis factæ Seraphico P. N. Francisco, quò plures erunt fratres, Regulam verè obseruantes, eò Deum maiorem eorum habiturum curam, ne deficiant temporalia.

Filijs Frāciscī regulam seruantibus, nunquam desunt necessaria.

2 Sit nihilominus vt Trid. decernit, in numero discretio: præstat enim habere paucos reformatos, exemplares, & strenuos operarios in vinea Domini, quam multos deformatos, *quorū qui multiplicat gentem, certe nōn magnificat lætitiam.* Non quæramus lauta, nec prætiosa, *habentes alimenta, & quibus tegamur his contenti simus.* Altari seruientes de altari viuamus, sed nō delicatè, nec superfluè, quia hoc est *curā carnis facere in desiderijs.* Tollamus singularitatem, singularem ferum, qui depastus est omnem re-

gularemvitam. Deponamus curam nostri, eam soli Deo, & superiori, eius vices erga nos gerenti, committentes, & ex penuario diuino abunde nobis prouidebitur. Non quæramus quæ nobis approprientur, quia *charitas non quærit, quæ sua sunt, & cõmunia proprijs, non propria communibus anteponit*, vt ait Aug. in Regula. Vbi singuli in Conuentu, sibi propria quærunt, fames, & inedia regnant, vbi communitas, & vnitas seruatur, Deus maximè communis, maximè vnus, communitatis, & vnitatis amator, omnia prouidet.

Vbi singuli fratres sibi prouident inedia regnat.

3 Experientia quotidiana & vniuersali constat, apud reformatos, quæ ad victum, & amictum necessaria sunt, abundare: omissis aliis regionibus, palam est in variis Conuentibus in Francia vbi in deformatione fratres paruo numero cum inedia, & rerum omnium penuria, victitabãt, modo in reformatione numero duplicato, & alicubi triplicato, omnibus abundare. Eadem experientia etiam vniuersalis testatur, deformatis vbique victum, & amictum, deficere: pauci deuorant omnia, multitudo fame pereunt; non vnus, sed multi esuriunt, & alius, (vnus, vel alter forte) ebrius est. Ipse expertus sum, verum esse quod assero. Ter, quaterue Franciam, eundo ad Capitula generalia, in Italia, & Hispania, habita, peragraui, apud reformatos omnes, bonam hospitandi commoditatem, apud alios querulosam egestatem: apud illos, charitatem ardentem, apud alios vix refrigescentem, regulariter reperi.

In Frãcia bursario vti non licet.

4 Addo contra fratres minores dicẽtes se non

posse itinera facere in Francia, sine penunia; me alienigenam, idiomatis Gallici expertem, vbique ferè inter sæculares charitatiuè fuisse exceptum, & apud ipsos hæreticos quandoque amore Dei hospitatum, quia pro reformato pecuniam non ferente habebar. Certè si pecuniã tulissem, non ita bene tractatus fuissem. Quotidianum est, in eodem hospitio concurrere deformatos, & reformatos variorum ordinum, & hos longè lautius amore Dei, quam illos solutis pecuniis tractari. Cumque simul traiiciunt flumina, vel maris sinum, vbi naulum exigitur. Hi prius gratis, & commodius, illi posterius, & soluto pretio transferuntur.

Reformati melius gratis, quam deformati pro pecunijs tractantur.

Soluitur argumentum, quod assumunt per reformationem diminuendum numerum fratrum, studentium, Doctorum, & prædicatorũ, &c.

RRespondetur paruum exercitum, benè ordinatum, expertum, suo Regi fidelem, & ad nutum obedientem, præstare magno, confuso, inordinato, inexperto, & suo duci malè fido: pauci equi generosi ad bella instructi præualent multis ad ista ineptis. refert Ioan. Nider, quendam Principem in Germania, occasione similis argumenti contra reformationem Ordinis Prædicatorum obiecti, respondisse

Mallem habere tres equos bonos in stabulo meo, quā sexdecem malos. Si loquamur de fratribus, quatenus diuinis laudibus, & orationi intendunt, vt Deum pro populo exorabilem, & propitiū reddant, quis non videt præstare paucos habere intercessores, Dei amicos, in eius gratia, per suæ Regulæ obseruantiam, viuentes, quam multos per eiusdem præuaricationes, & oppositionē reformationis, Deo exosos? quis apud Regem Christianissimum, alicuius vellet sibi conciliare fauorem, quē suæ maiestati gratum non iudicaret? quis non præferret duos intercessores suæ maiestati gratos, & acceptos, pluribus, ipsius gratia carentibus? Sed omnes qui Regulam S. Francisci absolutè vouerūt, & non solum non seruant, sed reformationi tendenti ad eius obseruantiam, resistunt, extra gratiam Dei viuere, clarius est, quam vt probatione indigeat.

Pauci fratres suam regulā seruētes præualent multis, nō seruantibus.

Si verò loquamur de numero studentium, experientia constat, vbi periit disciplina, periisse doctrinam, *& vbi est humilitas, ibi esse sapientiam, cuius initium est timor Domini.* Reformatio non tantum tendit ad morum, sed etiam ad bonarum literarum restitutionem, quæ per deformationem relegatæ sunt, quia *in maleuolam animam*, vota Deo præstita, non soluentem, & ne ab aliis soluantur per reformationem, resistentem, *non intrabit sapientia.*

Doctrina non est, vbi perit disciplina

De numero Doctorum tollendo, vel diminuendo, Reuerendissimus P. Generalis ne verbum egit: fastum & pompam in Fratre Minore, cum S. Bonauentura Epist. ad Mag. inno-

minatum,non magisterij gradum, odio habet: si progressum fecerit reformatio, & studentes studiosiores,& Doctores doctiores,atque plures futuros non dubitat.

De prædicatoribus, supra ostensum est præstare habere pauciores reformatos, quam plures,qui tales non sunt,sed pro deformatis habiti. Sed argumentum ferè totum est ad oppositum, quia quotidiana experientia, per totum ordinem Minorum constat, vbicumque facta est reformatio auctum esse numerum fratrum, & in quibusdam locis,duplicatum,vel triplicatum. In quo verificatur promissio facta Seraphico P. N. Francisco,quo plures futuri essent fratres,suam regulam purè seruantes,eo abundantius,necessaria eis administrãda,quia Deus verè pius, & misericors,militibus suis duplicat, & multiplicat annonam, sicut fecit Paulo, & Antonio.

Inane esse argumentum, seu potius effugium, quo aliqui excludere nituntur reformationem à Conuentu Parisiensi, quia studiorum est Collegium.

TOtum hoc argumentum multis rationibus ad oppositum esse, facile ostenditur. Primò, quia ad profectum regularium in sacris studiis, vitæ pietas, monastica disciplina, & virtutum exercitium, maximè necessaria sunt, quæ vbi præualuit deformatio, sine reformatione non reperiuntur: *vbi* enim *fuerit superbia* (quæ nunquam abest recusantibus reformationem) *ibi erit contumelia*; & *vbi est humilitas* (quæ disciplinatis semper adest) *ibi & sapientia*: vnde Psaltes ante scientiam, pietatem postulat, dicens: *bonitatem & disciplinam, & scientiam doce me.* Si contingat aliquando indisciplinatos (quod rarum est) in sapientia proficere, scientiam acquirunt, sed inflantem, quia charitatem non habent ædificantem: quibus in sua doctrina gloriantibus, & regularum obseruantiam parum curantibus, benè quadrat illud Iacobi. *Sapientia eorum non est desursum descendens, sed terrena animalis, diabolica. Vbi enim zelus & contentio, ibi inconstantia, & omne opus prauum*: sed benè disciplinatorum

Prou. 11.

Sapientia sacra non inuenitur sine bona vita.

Iacob. 3.

Scientia bonorum & malorum, differentia. fratrum, suas regulas ad vnguem seruantium, *sapientia desursum est, quia pudica est, deinde pacifica, modesta, suadibilis, bonis consentiens, plena misericordia, & fructibus bonis.*

In Apolog. *Prima sapientia est* (inquit Nazian.) *vita laudabilis, & apud Deum pura mens, per quam puri puro, & sancti Sancto sociantur.* *Summa cura prouidendum est* (inquit Greg.) *ne accepta sapientia cum ignorantiæ tenebras illuminat, lumen humilitatis tollat; & iam sapientia esse nequit, quæ etsi loquutionis virtute fulgeat, elationis tamen velamine cor loquentis obscurat.* *27. Mor. c. 10.*

D. Bernardus optimè distinguit verè Religiosorum, ab ea qua pollent dissoluti, sapientiam: *Sunt*, inquit, *qui scire volunt, eo fine tantum vt sciant, & turpis curiositas est; & sunt qui scire volunt, vt scientiam suam vendant. v. g. pro pecunia, pro honoribus, & turpis quæstus est; & sunt qui scire volunt, vt sciantur, & turpis vanitas est.* Et hi fines sapientiæ dissolutorum, quales sunt omnes, iustæ reformationi sui status resistentes; *sed sunt quoque qui scire volunt vt ædificent, & charitas est, & sunt qui scire volunt, vt ædificentur, & prudentia est.* Et hos fines sibi proponunt religiosi benè disciplinati, virtutis cultores, regulæ quam vouerunt obseruatores.

Scientia bonorum & malorum, alij & alij fines.

In Monasterijs, in doctrina, sine disciplina pauci profecerunt. Antiquorum exempla consulentes, in Monasteriis vix aut nūquam reperiemus aliquem in doctrina profecisse, qui in pietate non profecit. testes, Doctor Angelicus, Doctor Seraphicus, Doctor Subtilis, Doctor Irrefragabilis, Doctor Solidus Ricardus, sanctus Anto-

nius

nius Paduanus, S. Bernardinus, & alij vt extraneos, & Patres antiquos subticeam.

Vtinam, vtinam studentes dicti collegij, respiciant ad petram vnde excisi sumus, & ad cauernam loci ex quo processimus: vtinam respiciant ad Abraham patrem nostrum Franciscũ, multarum gẽtium progenitorem, & ad Saram, sacram minorum religionem, quæ peperit nos, aduertentes tunc bonarum literarum exercitia, maximè in ea viguisse, cum pietate & vera obseruantia maximè floreret. Si fecerint, sic fideliter & deuotè in studiis laborabunt, vt sanctæ orationis & deuotionis, cui (iuxta regulæ præscriptum) debent omnia alia deseruire, spiritum non extinguant, quod sine vera reformatione, præstare nõ possunt. Qualis magister secundũ philosophũ talis discipulus: rogo & exhortor per viscera misericordiæ Dei nostri, cogitent quales habuerit hoc Collegium, olim omnis sanctitatis domicilium, magistros vt eorum vestigia terere satagẽtes, recto, quo decet, tramite, ad Paradisi cælestis delicias perueniãt: Bonauenturã, Alensem, Scotum, & Ricardum imitentur: sanctitas, & obseruantia primi, orbi nota: de aliis tribus, si dubitant, an veri obseruatores regulæ fuerint, legant Ioannem Maiorem, huius almæ matris, magnæ facultatis Parisiensis, magnum filium, 4. d. 38. q. 11. vbi postquam multos abusus religiosorum suas regulas non seruantium, retulisset, & acrius in eos iuisset, in exemplum bonorum, suas regulas obseruantium, tres præfatos, adducens, subiungit. *Constat quod in itinere, vbi non habebant* (*Alensis,*

M

Scotus, Ricardus) cœnobium, amore Dei, victum hospitium, & transitum per Oceanum à Britannia in Gallias, & econtra petebant, in grande meritum sibi, & aliorum ædificationem, quòd viri summo Pontificatu digni, digito demonstrati ob eminentes suas virtutes, sic eleemosinas nō sunt veriti petere. Non in curribus, vel in equis incedebant, hi magni Magistri nostri, pecuniam in zonis non ferebant, sed vt veri Israelitæ, pauperis Francisci filij, ad mensam Domini recurrebant, & tanquā peregrini, & aduenæ in hoc sæculo (vt habet regula) victum, & hospitium humiliter mendicabant. Rogo per stigmata sacra Seraphici Patris nostri, omnes dicti Collegij alumnos, maximè ad magisterij lauream aspirantes, si saluari volunt, hos imitari studeant, hos æmulentur, ne in æternum damnentur.

[C]omes [do]ctrinæ, [z]elus disc[i]plinæ.

In claustralibus comes inseparabilis, ædificantis doctrinæ, zelus veræ disciplinæ: ad corruptelam affectus, sequitur obscuratio intellectus, quia qualis quisque est, talem finem sibi proponit: argumentum ergo ad oppositū duci debet, concludendo, quia prædictus Cōuentus est Collegium studiorum, ideo speciali cura reformandus; vnde in statutis Iulij secundi c. 8. par. 50. quibus Patres dicti Conuentus vti prætendunt, prudenter sancitum est Parisiensem, Oxoniensem, Tholosanum, aliosque studiorum Conuentus, strictius & seuerius reformari debere, & iuramentum à lectoribus præfatorum Conuentuum exigendum, quod constitutiones reformationis obseruabunt, maximè in promotionibus studiorum. cogi-

tanti mihi,& sæpius inquirenti quare claustrales in sacrarum literarum lectione, & expositione plus alijs profecerint, occurrit, non tam diligentia laboris, quam studio orationis id eos præstitisse. Studentes enim, re non nomine, Religiosi obseruant illud Hier. ad Demet. *Lectionem frequenter interrumpat oratio, & animam iugiter adhærentem Deo grata vicissitudo sanctæ operationis accendat.*

Lectio studentium, sæpius oratione interrumpenda.

Secundò, in dicto Conuentu educatur maxima pars iuuentutis Franciscanæ omnium Prouinciarum Galliæ, dumque absolutis studijs ad sua se recipiunt, Prædicatores, Lectores, Guardiani, Custodes, & Prouinciales fiũt: alijs proponunt quod ipsi hauserunt, alios docent, quod ipsi didicerunt; rectores, & capita communitatũ effecti, si dissolutionem didicerunt, dissolutos: si deuotionẽ, deuotos subditos faciunt: qualis enim magister, talis discipulus. Multum ergo interest, vt dicti Conuentus incolæ, futuri Prouinciarum, & cæterorum Conuentuum Galliæ Magistri, piè, deuotè, & religiosè educentur, edoceanturque. Conuentus igitur quia tantæ iuuentutis Collegium, exactissimè, & peculiari cura reformandus est: eo reformato vniuersæ Prouinciæ Galliæ, quæ inde Pastores, Rectores, & Superiores accipiunt breui reformabuntur: si deformatus mãserit, Prouinciarum reformatio impossibilis est, quia tales erunt, quales rectores à dicto Conuentu accipient. Quod benè perspexit Frater Egidius Delphinus Generalis, qui dum an. 1502. reformationem dictarum Prouincia-

Sine reformatione Conuetus Parisiensis, reformatio Prouinciarũ Galliæ, impossibilis est.

Generalis Delphini maximã curam posuit in reformatione Cõuentus Parisiensis, & quare.

rum faciendam assumeret, præcipuam maximamque omnium curam, in dicti Conuentus reformatione collocauit, quam & perfecit, Regis Christianissimi, supremi Senatus, & Cardinalis de Ambasia fauore, & auxiliis fretus: & mansit multis post annis reformatus, vsque ad initia turbarum & commotionum in Gallia: quod constare potest ex epistola Ioannis Maioris præfixa Reportatis Scoti, editis an. 1518. cuius inscriptio est. *Ioannes*, solo cognomento, *maior*, *Religioso Patri Francisco de* Bellaualle *reformatissimi Conuentus Minorum Parisius Guardiano meritissimo*: tantus vir oculatus testis non vocaret reformatissimum, si talis non esset.

Reformatio Conuentus facilior debet esse quã aliorum conuentuum, & quare?

Tertiò, quia dictus Conuentus studentibus aliũde veniẽtibus, addictus est, facilius sinè resistentia reformari potest. Nullus in eo profitetur, omnes eius incolæ suas habẽt Prouincias, suosque Cõuentus in quibus professionẽ emiserunt. Cui reformatio durior videbitur ad propria redeundi liberam habet facultatem: quotidianum est remitti ad suos, qui iudicio Guardiani minus rectè se gerunt; cur ergo non remittentur, totius Ordinis Generali mandãte, si reformari recusent? Posset eos ad reformationem acceptandam compellere, quia non præter, nec supra Regulam est, quam ideo sub pœna condemnationis æternæ admittere tenentur: mitius agit; optionem dat manendi in Conuentu reformatione assumpta, vel reuertendi ad suos, ea recusata. Certè duri sunt, qui hoc durum asserunt, & mites non sunt, qui hoc

mite negant. Manebimus (inquiunt) & reformabimur, non eo, quem præscribit Reuerendissimus P. Generalis, sed alio reformationis modo; & Hugonotti omnes qui modo commotiones & turbas in Gallia excitant, se velle Christianissimo Regi subiici protestantur, sed pactis, legibusque, non à Christianissimo, sed ab ipsis præscribendis, quibus subiectio omnis tollitur. In antiquis statutis dicti Conuentus à Rege Christianissimo, supremoque senatu approbatis, cauetur nullum admittendum in dictum Conuentum nisi reformatum: arcendi ergo, qui reformari nolunt, & alij reformationem libenter amplexuri, quorum (Deo laus) magnus est numerus, in eorum locum sufficiendi: non ad suum, sed ad Reuerendissimi P. Generalis, quem sub pœna condemnationis audire tenentur, placitum, præscriptumque regendi.

Antiqui statutis cauetur neminē admittēdum in Conuētum Paris. nisi reformatum.

Tandem, inquiro ab authoribus huius argumenti vtrum viuere in Collegio, tollat obligationem seruandi Regulam, necne? si sic, ostendatur vnde hoc habeat, à Deo vel à Pontifice dispensante, & cessabit de reformatione amplectenda omnis quæstio: Si non, quod euidens est, inaniter prætenditur, quia Collegium est, abiiciendam reformationem. Regulam S. Francisci promiserunt fratres, Deo obseruare toto tempore vitæ suæ: vbique ergo, sicut semper, sine temporis, vel loci limitatione seruare tenentur, & præuaricantes, tam in Collegio, quam extra, æternùm damnantur.

Hæc sunt communiora argumenta, quibus

vidi multos vtriusque sexus contra reformationem, vti, pro quorum solutione, & ignorantium, maximè sic arguentium (sunt sæculares, sed à religiosis, reformari nolentibus, edocti) instructione, inter medios tumultus, sine ocio, & musæo, quæ hactenus scripsi, dicenda occurrerũt. Ab iniuriis per Dei gratiam abstinui. In personas Reuerendissimi P. Generalis, & Patrum ipsi prò reformatione assistentium, tot mendacia, maledicta, & calumnias, per ciuitatem sparsa vidi, quot imaginatiuam, male dispositam, effingere potuisse vix crederem. Nihil tamen iu aduersæ partis personas, dicere decreui: melius esse duxi, vincere in bono malum. Sed neque mihi persuadere potui, maioris notæ religiosos Mineruali munere donatos, qui aduersæ parti adhęrent, in tales iniurias & calumnias cõsensisse. Merita ergo causæ, iam vbique notæ, & à parte altera publica disputatione, editisque libellis propugnatæ, proponere, & apparentes rationes in contrarium soluere, sategi, sine vllius, quod sciã, iusta offensione. Si quis, in nos calamum strinxerit, rogo sine felle faciat, charitatis legibus illæsis, & grata erit dissertatio, per quã, spero, veritas, dato vtrinque maiori ocio, magis magisque elucescet.

FINIS.

SVPPLEMENTVM.

NE ista pagella vacua maneat, hoc fragmentum addo, ijs quæ dixi de nuditate pedum pag 70. Caßianus l. 1. de instit. c. 10. *testatur monachos Ægypti nudis pedibus inceßiße, indicantes id sibi tanquam Apostolorũ imitatoribus in Euangelio, (Mat.* 10. *& Luc.* 9.) *præceptum; cumque matutinus hyemis rigor, vel meridiani estus feruor, aut infirmitas exigerent, caligis tantum, non calceamentis fuiße vsos. Gregorius Naz. orat.* 1. *de pace, inter exercitia monachorum ponit pedes nudos Apostolicis similes, Hieron. idem docet dum Iouinianum monachum apostatam, ita sugillat:* antea nudo pede, modo non solum calceato, sed & ornato. *Clem. Alexand. in Pedag. l.* 2 *c.* 11. *laudat, nuditatem pedum in quibusdam primitiuis Christianis, ex quo & aijs, refert Baron. ad annum* 57 *n.* 96. *nonnullos Christianorum veterum, nudis pedibus, vel soleis tantum contentos, inceßiße. Lucian. in Philopa. describens habitum Christiani apud eundem (puto de monacho loqui) sic ait:* pallium putre sine calceis, &c. *Vide Molan. lib. de imag. & pict.*

N

TABVLA CONTINENS *summarium Capitum huius libelli.*

Primus Tractatus.

Secundus Tractatus.

101

ERRATA SIC CORRIGE.

PAg. 5. lin. 16. lege præmittendum; pag. 6. l. 12. omitte, Fratrem Bonifacium; pag. 31. l. 22. prudenter. pag. 34. l. 21. oppositione, pag. 36. l. 16. proscribunt. pag. 74. l. 21. perfectam. pag. 89. l. 21. recto. pag. 53. l. 7. quocum.